Tit. [Syriac text] Liber Legis secundus qui Liber est Exodi Israelitarum ex Egypto. In fine, [Syriac text] Hunc librum benedictum ex Syriaco in Arabicum sermonem transtuli, sperans quod quicunque in librum nostrum inspiciat, orabit pro nobis et parentibus nostris suisque, ut veniam pro peccatis accipiant: sit Deus in eos misericors, immo, et Amen.

4. Leviticus, fol. 198.

Tit. [Syriac text] In nomine Dei creatoris, viventis, dicentis, Liber tertius Legis, qui Liber est scribarum et sacerdotum. In fine; [Syriac text] Perfectus est liber tertius Legis, qui est Liber sacerdotum et scribarum. Sit Deus misericors et operis praefecto, et lectori, et auditori, et scribae pauperi, Amen, Amen.

5. Numeri, fol. 218.

Tit. [Syriac text] In nomine Dei creatoris, viventis, dicentis, Liber quartus Legis, qui sc. Liber Numerorum Israelitarum in deserto In fine; [Syriac text] Explicit. Liber quartus Legis auxilio Dei. Sequitur eadem oratio ac in fine Levitici.

6. Deuteronomium, fol. 242.

Tit. [Syriac text] In nomine Dei misericordis, clementis, cui (l. [Syriac text]) sit laus et honos, Liber hic quintus quo iterum repetitur lex, et Graece vocatur Duthranumiyah. In fine;

[Syriac text]

Ut gaudet navita quum portum occupat navis,
Sic gaudet scriptor in ultima scribenda linea.

Et post alias pias inscriptiones, [Syriac text] Scripsit anno Graecorum 1891, C. 1580 in urbe Halebo, quo tempore ibi mors pestilentialis in humiles et magnates saeviebat.

Et postea; [Syriac text]

[illegible] Finis factus est hujus benedicti nobilisque libri exscribendi anno millesimo octingentesimo nonogesimo primo Graecorum ex annis Alexandri Graeci fil. Philippi, quinta diei Sabbati hora, quum jam quinque et viginti mensis benedicti Hhaziran dies praeterierint, pestilentiae tempore. Scriptus autem est manu viri vilis scelesti abjecti; vitiorum pleni, virtutum vacui; peccatis referti, excellentiarum inopis; peccatis culpisque repleti, bonorum operum expertis; criminum pleni, et in malis agendis strenui, omnium denique hominum deterrimi; qui ex abundantia scelerum et facinorum turpium minime dignus est cujus nomen in libro spiritali qualis hic est inscriberetur, nisi propter spem et veniae et misericordiae a Deo summo per patrum optimorum preces. Quisque autem secundum ea quae os ejus locutum sit, e Dei summi ore munus recipiet. Dixit enim nescio quis sapientum, facilius esse cum saxis super dorsa scribere, quam exarare libri lineas. Et gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, Deo unius substantiae, qualitatum earundem, gloria, inquam, aeterna sempiterna perpetua, Amen.

Et postea;

[illegible]

O Sapiens si nomen meum velis scire, jam tibi quatuor has manu lineas scribam. Nomen meum est quadraginta et quinquaginta et nonaginta: est eodem modo et sex; ducentumque scribo. Nomen ejus igitur fuit ܡ, ܢ, ܨ, ܘ, ܪ, Mansur. Sequuntur aliae octo epigraphae in honorem Dei, de mortis praeparatione, et aliis ejusdem generis rebus. [Bod. Or. 324.]

5.

Codex bombycinus in folio, ff. 261 constans, mutilus, initio fineque carens, binis columnis, sermone Arabico, charactere simplici Syriaco, exaratus. Saeculi forte duodecimi.

Insunt Genesis, Exodus, Leviticus, in sectiones dispositi, quas singulas sequitur commentarius suus, maxima ex parte ex Ephraimo Syro desumptus.

Foll. 1—7 desunt. Apud f. 8 incipit Gen. i. 3, unde Libri Genesis usque ad f. 190. Gen. xxi. 1. omnia salva sunt.

Exstant postea;

Gen. xxiv. 28..... xxv. 26.
Exod. i. 1.... ii. 10.
ii. 11.... v. 16.
vi. 1.... viii. 32.
Levit. xx. 17.... xxv. 30.

Quater commemoratur hujus codicis possessor, Elias diaconus filius Muhazib ex urbe Augusta الشدياق الياس ابن المحاسب من قرية جوسطا qui dira omnibus imprecatur qui librum vel cupiant vel furto abripiant, addens انا باري من هذا الحرم الحارق ego immunis sum hujus ardentis exsecrationis. Cf. fol. 169 vo. [Hunt. 112.]

6.

Codex bombycinus in folio, ff. 160 constans, binis columnis, charactere sim-

plici a scriba Jacobita pulchre exaratus. Saeculi fortasse decimi quarti. Inest;

1. Psalterium Carshunice et Syriace, secundum versionem simplicem, fol. 1.

Tit. **** ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܀ ܡܫܪܝܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܟܬܒ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܘܠܒܗ ܕܐܠܗܐ ܀ [In nomine] Trinitatis Sanctae, Patris et Filii et Spiritus Sancti initium facimus scribendi Librum Psalmorum Davidis Regis et Prophetae, et Dei cordis, h. e. amici[a]. In fine; ܫܠܡ ܡܙܡܘܪܐ ܐܘܟܝܬ ܬܫܒ̈ܚܬܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܕܡܦܪܫܐ ܐܝܟ ܬܘܪܓܡܐ ܘܦܘܫܩܐ ܕܡܕܒܪܢܐ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܣܕܝܪ ܕܝܢ ܕܚܡܫܐ ܡܣ̈ܩܬܐ ܚܡܫܬܥܣܪ. ܫܘܒ̈ܚܐ ܫܬܝܢ. ܦܬ̈ܓܡܐ ܐܪ̈ܒܥܐ ܐܠܦܝܢ. ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ. ܐܡܠܟ ܕܝܢ ܕܘܝܕ ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܚܝܐ ܫܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܩܕܡ ܕܝܢ ܠܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ ܕܒܒܣܪ ܬܫܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫ ܫܢܝܢ. ܐܬܢܒܝ ܐܪ̈ܒܥܝܢ ܫܢܝܢ. ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܡܦܪܝܢܐ ܛܘܒܢܐ ܐܡܪ. ܕܒܫܢܬ ܟ̄ܓ ܕܫܐܘܠ ܐܬܡܫܚ ܕܘܝܕ ܡܢ ܫܡܘܐܝܠ ܢܒܝܐ. ܒܪ ܝ̄ܓ ܫܢܝܢ. ܘܗܘ ܐܝܬܘܗܝ ܩܕܡܝܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܫܒܛܐ ܕܝܗܘܕܐ. ܗܟܢܐ ܐܫܟܚܢ. ܘܐܢܬܘܢ ܨܠܘ ܚܠܦܝܢ ܒܚܘܒܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܚܠܦ ܟܠ ܡܢ ܕܐܫܬܘܬܦ ܥܡ: ܘܢܫܒܘܩ ܐܠܗܐ ܣܟܠܘܬܐ ܠܐܒܗ̈ܝܢ ܘܠܐܚ̈ܝܢ ܦܓܪ̈ܢܝܐ ܘܪ̈ܘܚܢܝܐ ܐܡܝܢ ܀ Explicit. liber Psalmorum, sive Laudum, Davidis regis et prophetae, secundum recensionem et commentarium S. Athanasii principis Alexandriae dispositus. Insunt quinque libri, gradus quindecim, doxologiae sexaginta, versicc. vel commata 4832. Regnavit autem David quadraginta annos, et vixit septuaginta; floruit ante Domini nostri in carne adventum 995 annos: artem propheticam exercuit quadraginta annos. Bar-Hebraeus, Maphrianus, beatae memoriae[b], dicit, unctum esse a propheta Samuele Davidem anno Sauli vicesimo tertio, quum ipse tredecim annos natus fuit, primumque fuisse (regem) e tribu Judae. Sic apud eum invenimus. Vos denique per amorem Christi orate pro nobis, et omnibus qui (nobiscum) communionem habent: veniamque concedat Deus iniquitati patrum fratrumque et carnalium, et spiritualium, Amen.

In medio hoc colophone scriptum exstat, ܨܠܘ ܥܠ ܚܛܝܐ ܕܚܒܠ ܘܛܢܦ ܘܛܢܫ ܘܣܘܒܛ ܘܣܪܚ ܘܒܠܒܠ ܘܐܚܪܒ ܐܡܝܢ ܀ Orate pro peccatore qui corrupit, et foedavit, et inquinavit, et polluit, et depravavit, et confudit, et desolavit, Amen.

2. Psalmus Davidis cli^mus^ apocryphus, fol. 139.

Tit. ܡܙܡܘܪܐ ܕܝܠܗ ܕܕܘܝܕ ܘܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܢܘܣ̈ܟܐ ܡܫܟܚ ܀ Psalmus Davidis proprius, sed in omnibus exemplaribus non repertus[c].

3. Canticum Mosis, Ex. xv. 1—21, ibid.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܘܫܐ ܩܕ̄ܡ ܘܒܬܪ ܡܫܪܐܝܠ ܕܥܠ ܦܪܥܘܢ ܕܐܬܡܪܢ ܡܘܫܐ ܥܠ ܝܡ ܝܡܐ ܕܣܘܦ ܗ̄ ܡܦܩܢܘܬܐ ܀ Laus Mosis

---

[a] In quinque libros distribuuntur Psalmi, sc. Pss. 1—41, 42—72, 73—89, 90—106, 107—150, sed a Graecis desumptam esse hanc divisionem affirmant codices, cf. Hunt. 109, fol. 58 vo. Ipsi enim Syri in quindecim ܡܥܢܝ̈ܬܐ gradus, sive jaculatorias distribuunt, sic forte dictas quia eas decantare solebant. Invenio enim Assemanum in Bibl. Orient. III. pt. ii. p. 812 reddentem ܡܥܢܝܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ Antiphona Mysteriorum. Hae ܡܥܢܝ̈ܬܐ sunt Pss. 1—14, 15—24, 25—36, 37—44, 45—55, 56—67, 68—74, 75—82, 83—91, 92—103, 104—107, 108—117, 118—129, 130—139, 140—150. Totam autem ܡܥܢܝܬܐ "Antiphonam" uno tempore cantatam esse testantur et hic et alii codices: plerumque enim quo officio recitanda fuerit notant. Ne quis has ܡܥܢܝ̈ܬܐ eadem esse ac Graecorum καθίσματα arbitretur, moneo Graecos cantandi vel recitandi causa Psalmos in viginti καθίσματα distribuere. Graeci etiam suos ἀναβαθμοὺς, gradus, habent, quos Latini Psalmos Graduales, sive Cantica Graduum vocant; sed hi sunt Pss. 119—133.

[b] Suspicor legendum ܕܡܕܢܚܐ, Orientis Maphrianus.

[c] Versio hujus Psalmi anglicana exstat ap. Horne's Introduction, vol. ii. p. 769, ed. 1856.

prima, et Israelitarum de eorum conservatione, quam recitavit Moses in litore maris juncosi sive rubri.

4. Hymnus Esaiae, c. xlii. 10—13, xlv. 8, fol. 140.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ Laus Esaiae prophetae.

5. Hymnus alter Mosis, Deut. xxxii. 1—43, fol. 141.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܬܪܝܢܝܬܐ ܕܡܘܫܐ ܢܒܝܐ ܘܕܐܝܣܪܝܠ ܀ Laus altera Mosis prophetae, et Israelitarum. In fine, ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܘܕܐܚܪܢܐ ܕܚܒܪܘܗܝ ܡܫܒܚܐ ܢܗܘܘܢ ܨܠܘܬܗܘܢ ܥܠ ܡܣܟܢܐ ܦܘܠܘܣ ܕܒܫܡܐ ܕܝܪܝܐ ܘܠܐ ܒܥܒܕܐ: ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ Explicit liber Psalmorum Davidis regis et prophetae, aliorumque sociorum ejus probatorum: sint preces eorum latibulo infirmo Paulo, nomine monacho, sed non facto: et Deo gloria in saecula saeculorum, Amen.

6. Beatitudines, Matt. v. 3—13, fol. 144.

Tit. ܬܘܒ ܟܬܒܝܢܢ ܛܘܒ̈ܐ ܬܫܥܐ ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܀ Jam scribemus novem beatitudines quas Dñs noster suis discipulis dixit.

7. Magnificat, Luc. i. 46—55, ibid.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ Hymnus Deiparae Mariae.

8. Gloria in excelsis, Luc. ii. 14, fol. 145[d].

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܕܒܝܘܡܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܒܒܣܪ ܫܒܚܘ: ܘܫܡܠܝܗ ܘܓܡܪܗ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܀ Hymnus angelorum quem die Dñi nostri in carne nati cecinerunt: absolutum et perfectum eum reddidit S. Athanasius Alexandriae Patriarcha.

9. Trisagium, fol. 146.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܥܠ ܩܒܪܐ Hymnus angelorum apud sepulchrum[e].

10. Oratio Dominica, Matt. vi. 9—13, ibid.

Tit. ܨܠܘܬܐ ܕܐܠܦ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ، Oratio quam Dñs noster discipulos suos docuit.

11. Symbolum Nicaenum, ibid.

Tit. ܐܘܡܘܠܘܓܝܐ ܐܘܟܝܬ ܬܘܕܝܬܐ ܕܬܠܬ ܡܐܐ ܘܬܡܢܬܥܣܪ ܐܒܗ̈ܬܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܝܐ ܡܕܝܢܬܐ ܒܝܘܡܝ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ: ܘܚܪܡܘܗܝ ܠܐܪܝܘܣ ܘܦܠܛܘܗܝ ܡܢ ܥܕܬܐ ܀ Homologia sive confessio trecentorum et duorum de viginti patrum qui in urbe Nicaea convenerunt diebus Constantini regis victricis, et maledictum Arium anathematizarunt, et ex ecclesia ejecerunt.

12. S. Ephraimi Syri Homilia, fol. 147.

Tit. ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܥܠ ܡܟܝܟܘܬܐ ܘܡܪܬܝܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܕܝܘܠܦܢܐ ܘܥܠ ܪܒܐ ܘܬܠܡܝܕܐ ܀ Sequitur homilia S. Mar Ephraimi doctoris de humilitate, et admonitione, et doctrinae amore, et de praeceptore et discipulo[f].

13. Annae hymnus, 1 Sam. ii. 1—10, fol. 152.

Tit. ܬܘܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܚܢܐ ܢܒܝܬܐ ܐܡܗ ܕܫܡܘܐܝܠ ܀ Sequitur hymnus Annae prophetissae, Samuelis matris.

14. Hymnus Habacuc, c. iii. 2—19, fol. 153.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܚܒܩܘܩ ܢܒܝܐ Hymnus Habacuc prophetae.

---

[d] De hoc hymno v. Palmer, Origines Liturg. ii. 158. ed. 2ae. Multo hic prolixior est quam in nostris officiis.

[e] Quum multa fuit de hoc hymno inter Nestorianos et Monophysitas controversia, liceat totum exscribere, sc.;

Sancte Deus! Sancte Potens! Sancte Immortalis!
Responderunt Josephus et Nicodemus,
Qui pro nobis crucifixus es, miserere nostri.

Pro hac forma semper certabant Jacobitae: Nestoriani autem verba "Qui pro nobis crucifixus es," utpote erroris Monophysitici plena respuebant.

[f] Metro suo, sc. heptasyllabico scripta est haec homilia, et ita artificiose concinnata, ut duo primi versus cum litera Olaph incipiunt, proximi duo cum Beth, et sic per totum alphabetum. Singulis versibus insunt quatuor lineae.

15. Hymnus Esaiae, c. xxvi. 9—19, fol. 154.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ Hymnus Esaiae prophetae.

16. Hymnus Jonae, c. ii. 2—10, fol. 155.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܝܘܢܢ ܢܒܝܐ Hymnus Jonae prophetae.

17. Hymni trium puerorum pars prima, ibid.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܒܝܬ ܚܢܢܝܐ Hymnus domus Ananiae, h. e. Ananiae et sociorum ejus.

18. Ejusdem hymni pars secunda, fol. 158.

Tit. ܬܫܒܘܚܬܐ ܬܢܝܢܝܬܐ ܕܒܝܬ ܚܢܢܝܐ ܘܥܙܪܝܐ ܘܡܝܫܐܝܠ ܀ Hymnus secundus domus Ananiae, et Azariae, et Misaelis.

19. Hymni Symeonis, et Zachariae, Carshunice tantum, fol. 160.

Tit. ܨܠܘܬ ܫܡܥܘܢ ܐܠܫܝܟ Oratio senis Symeonis; et ܘܝܠܝܗ ܬܣܒܚܗ ܙܟܪܝܐ ܐܒܘ ܝܘܚܢܐ ܐܠܡܥܡܕܐܢ ܀ Sequitur hymnus Zachariae patris Joannis Baptistae.

Caetera omnia et Syriace et Carshunice scripta sunt, exceptis tantum hymnorum Annae et Habacuc versibus quibusdam.

In fine, ܬܡܬ ܐܠܬܣܐܒܝܚ ܐܠܡܙܡܘܪܝܗ ܘܐܠܡܙܐܡܝܪ ܕܐܘܘܕ ܐܠܢܒܝ ܘܡܠܟ ܒܢܝ ܐܣܪܐܝܠ. ܡܐܝܗ ܘܘܐܚܕ ܘܚܡܣܝܢ ܡܙܡܘܪ. ܘܐܬܢܝܢ ܬܣܒܚܗ: ܘܨܠܘܬ ܐܠܡܣܝܚ: ܘܐܠܐܡܐܢܗ ܐܠܐܪܬܕܘܟܣܝܗ: ܘܡܝܡܪ ܡܐܪ ܐܦܪܝܡ ܀ ܘܟܬܒܗ ܐܚܩܪ ܥܒܝܕ ܐܠܠܗ ܦܘܠܘܣ. ܒܐܣܡ ܪܐܗܒ: ܘܠܐ ܒܐܠܦܥܠ: ܪܐܓܝ ܪܚܡܗ ܐܠܠܗ. ܬܥܐܠܝ: ܟܬܒ ܦܝ ܕܝܪ ܡܐܪ ܥܙܐܙܐܝܠ ܐܠܩܕܝܣ ܐܠܓܠܝܠ ܐܡܝܢ ܀ ܝܓܦܪ ܐܠܠܗ ܘܝܣܡܚ ܠܡܢ ܝܩܪܐ ܦܝܗ. ܘܐܢ ܘܓܕ ܦܝܗ ܓܠܛ ܐܨܠܚܗ. ܐܠܪܒ ܝܓܦܪ ܠܗܐܘܠܐܗܡ. ܐܡܝܢ. ܐܡܝܢ. ܐܡܝܢ ܀ Explicit. collectio hymnorum et psalmorum, cui insunt Davidis prophetae et regis Israelitarum psalmi centum et quinquaginta et unus, Hymni duodecim, Oratio Dominica, Fidei Catholicae Symbolum, et Homilia Mar Ephraimi. Scripsit vilissimus servorum Dei Paulus, nomine monachus, non autem facto, summique Dei misericordiam sperans. Scripsit in monasterio Mar Azazelis sancti et illustris, Amen. Ignoscet, veniamque det Deus omnibus qui in eo legunt, et si errorem inveniant et corrigant, det Dominus eis peccatorum suorum veniam, Amen, Amen, Amen. [Hunt. 250.]

7.

Codex bombycinus in folio, ff. 226 constans, binis columnis, charactere simplici a scriba Jacobita, A. C. 1579 exaratus. Insunt;

1. Psalmorum Liber, Syriace et Carshunice, secundum versionem simplicem, adhibitis etiam aliis sex ad eam corrigendam[a], fol. 2.

Cuique Psalmo longior praefixus est titulus, quo inter alia interpretatio ejus et Judaico et Christiano sensu exponitur.

Tit. ܥܠ ܫܠܝܐ ܘܦܘܫܩܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ: ܡܬܐܡܪ ܐܢܐ ܒܡܠܬܐ ܕܫܦܝܪ ܐܝܟ ܐܘܪܚܐ ܕܡܫܘܕܥܐ ܕܕܘܝܕ ܦܠܚܐ ܘܥܒܕܐ. ܐܝܟ ܦܘܫܩܐ ܝܘܕܝܐ ܘܡܢ ܟܪܣܛܝܢܐ ܠܥܘܕܪܢ ܗܘܢܐ ܦܬܚܝܢ ܘܡܢܐܘܠܦܢ ܘܡܦܩܢܢ ܘܬܘܕܝܬܐ ܘܦܘܠܚܢܐ ܘܕܝܢܐ ܘܕܝܢܬ ܠܡܦܩܢܐ ܕܗܘܐ ܡܬܚܢܢܐ ܀ Ope et gratia Dñi, qui omnes salvari vult, initium facio exscri-

---

[a] Ante titulum variae insunt inscriptiones, e. g. 1°. Descriptio et forma vocalium cum nominibus antiquioribus; vocabatur enim A, Abraham; E, Esaias; I, Isaacus; O, Adam, Syriace Odom; U, Urias; ad pueros, opinor, delinendos. 2°. Pueri A. C. 1605 nati nomen Mansur, a patre suo Nasarallah inscriptum. 3°. "A. C. 1634 mortuus est Patriarcha Joannes يحنا in Urbe Capharzina كفرزينا et in monasterio Kanubin sepultus est: sexto decimo post die mortuus est Patriarcha ܐܠܓܠܐܝܡܘܣ ܦܢܘܣ (quisquis fuerit nescio) in urbe Damasco." 4°. Procellae cum magnis tonitribus ac pluviis A. C. 1633 coortae descriptio. 5°. Belli eodem anno inter Hhaji Ahmad (خاجي احمد) Sultani Constantinopolitani Wezirum et Fakr-Eddin in regione Hauran حوران gesti narratio. In ultimo folio alia longior sed mutila inscriptio de eodem خاجي احمد et الافرنجي البندقي Francis Venetianis.

bendi librum canticorum, sive psalmorum, Davidis regis et prophetae, secundum versionem Syriacam. Ad eam autem confirmandam quaedam ex versione Septuagintavirali afferemus, adhibitis etiam ad eam illustrandam Aquilae, Symmachi, Theodotionis, necnon Pentapla et Hexapla versionibus.

Brevem, quae sequitur, praefationem, totam dedi propter ea quae dicit Bernsteinus de nova ut putat versione a Thoma Hharklensi facta[b]. ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܦܘܫܩܐ ܡܢ ܠܫܢܐ ܦܠܣܛܝܢܝܐ ܠܥܒܪܝܐ. ܘܡܢ ܥܒܪܝܐ ܠܝܘܢܝܐ. ܘܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܐ. ܒܝܘܡܝ ܐܕܝ ܫܠܝܚܐ ܘܐܒܓܪ ܡܠܟܐ. ܘܬܢܝܢܘܬ ܒܝܕ ܦܝܠܟܣܝܢܘܣ ܕܡܒܘܓ. ܬܠܝܬܝܬ ܕܝܢ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܒܝܕ ܩܕܝܫܐ ܬܐܘܡܐ ܕܡܢ ܚܪܩܠ ⁘ Haec versio Syriaca e lingua Palestinae in Hebraicam, ex Hebraica autem in Graecam, et e Graeca in Syriacam reddita est, diebus Adaei apostoli, et Abgari regis: secunda autem vice a Philoxeno Mabugensi, et tertia Alexandriae a sancto Thoma ex urbe Hharkel.

Sequuntur variae de psalmis notitiae Syriace, ex Athanasio, Hippolyto, Basilio, et Epiphanio, desumptae: quibus addit Syrus, sanctam ecclesiam psalmos in quindecim dividisse *Gradus*, vel Sectiones (ܡܙ̈ܡܝܢ), quarum quaeque e quatuor Doxologiis sive *Gloriis* (ܫܘܒ̈ܚܐ, sic dictis quia ad cujusque finem mos fuit Gloriam Patri decantandi) constaret; cuique autem gloriae inesse tres quatuorve Psalmos. Morem officia horarum decantandi didicisse ecclesiam a Davide, qui ut duodecim vicissim ante Arcam Domini cantarent praecepit; quomodo autem psalmos alternatim decantarent primus Ignatius Theophorus, ipse ex angelis edoctus, monstravit.

---

[b] De Hharklensi N. T. translatione Syriaca commentatio, Vratislaviae, 1837.

Sequuntur aliae notae Carshunice e Gregorio Nysseno, Joanne Chrysostomo, Basilio, necnon ipsius scribae. Denique fol. 5. inest alius in Psalmorum Librum titulus.

In fine sectionis primae, fol. 18, in margine adscriptum est; ܢܗܘܐ ܫܘܪܝܟ ܒܟܠ ܦܬܓܡܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܒܚܕ ܢܘܩܙܐ ܣܘܡܩܐ ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܫܠܡ ܠܢ ܩܢܘܢܐ ܕܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܟܕ ܚܙܐ ܠܡܠܐܟܐ ܕܐܡܪܝܢ ܗܠܠܘܝܐ ⁘ Quamcunque sectionem uno puncto miniato incipies, quia sic nobis tradidit canon Ignatii, quum angelos Hallelujah clamantes vidisset.

In fine; ܫܠܡܘ ܡܙܡܘܪܐ ܘܬܫܒܚܬܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܕܡܬܦܪܫܝܢ ܐܝܟ ܬܪܘܨܐ ܐܘ ܦܘܫܩܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܡܦܫܩܢܐ ⁘ ܡܙܡܘܪܐ ܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ. ܣܦܪܐ ܗ̄. ܡܣܩܢܘܬܐ ܝܗ̄. ܫܘܒܚܐ ܣ̄. ܦܬܓܡܐ ܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ⁘ ܫܢܬ ܒܫܢܬ. ܐܦܨ. ܝܘܢ̄ ⁘ Explicit. Psalmi sive Laudes Davidis regis et prophetae dispositi secundum recensionem sive commentarium S. Mar Athanasii expositoris. Insunt Psalmi 150, Libri 5, Gradus 15, Doxologiae 60, versicc. 4830. Exaratus anno Graec. 1890.

2. Cantica, fol. 208. Titulos non exscripsi, nisi aliquid priori codici dissimile inesset.

α. Ps. Davidis cli, quum solus cum Goliatho decertavit, ܟܕ ܠܚܘܕܘܗܝ، ܐܬܟܬܫ ܥܡ ܓܘܠܝܕ ⁘ *β*. Canticum Mosis prius, quum Mare Rubrum transierant عند عبورهم بحر القلزم, fol. 209. *γ*. Jesaiae, fol. 211. *δ*. Mosis alterum, ibid. *ε*. Magnificat, fol. 216. *ϛ*. Ephraimi Syri homilia heptasyllabica, tit. ܬܫܒ̄ܚܬܐ ܕܡܪܝ، ܐܦܪܝܡ ܣܘܪܝܝܐ ⁘, et initium, ܢܘܗܪܐ ܕܕܢܚ ܠܙܕܝ̈ܩܐ ⁘ Lux quae justis orta est, fol. 217. *ζ*. Hymnus trium puerorum e v. 35 breviter exscriptus, additis etiam prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, ecclesiarum, coenobiorum, etc. nominibus, fol. 218. *η*. Beatitudines, fol. 219.

θ. Trisagium[c], fol. 220. ι. Oratio Dominica, ib. ια. Symbolum Nicaenum. In fine; ܫܠܡ ܒܡܥܕܪܢܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܕܥܕܪ. ܘܣܓܕܬܐ ܠܒܪܐ ܕܥܕܪ. ܬܘܕܝ ܠܪܘܚܐ ܕܫܠܡ ❖ Explicit. auxilio Dñi Jesu Christi. Gloria Patri qui adjuvit; adoratio Filio qui opem dedit: laus Spiritui qui perfecit.

Et postea; ܟܡܠ ܘܢܓܙ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܒܐܪܟ ܡܙܐܡܝܪ ܕܐܘܘܕ ܐܠܡܠܟ ܘܐܠܢܒܝ. ܡܥ ܬܣܐܒܝܚ ܒܩܝܗ ܐܠܐܢܒܝܐ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܣܒܚܐܢܗ ܥܠܝ ܝܕ ܐܠܚܩܝܪ ܚܩܝܪ ܒܐܠܟܠ ܘܐܠܚܛܐ ܦܝ ܒܚܪ ܐܠܟܛܐܝܐ ܘܐܠܐܬܐܡ ܚܒܩܘܩ ܒܐܣܡ ܫܡܐܣ ܡܢ ܩܪܝܗ ܐܕܢܝܬ ܣܢܗ ܐܠܦ ܘܬܡܐܢܡܐܝܗ ܘܬܣܥܝܢ ܠܐܣܟܢܕܪ ܐܠܝܘܢܐܢܝ ܢܗܐܪ ܐܠܣܒܬ ܟܡܣܗ ܘܥܫܪܝܢ ܝܘܡ ܡܢ ܫܗܪ ܬܫܪܝܢ ܐܠܐܘܠ ܬܣܥ ܣܐܥܐܬ ܡܢ ܐܠܢܗܐܪ ❖ ܘܗܘ ܒܪܣܡ ܐܠܐܟ ܡܢܨܘܪ ܐܒܢ ܬܛܝܠܐ ܡܢ ܩܪܝܗ ܒܩܥ ܟܦܪܐ ܡܢ ܥܡܠ ܛܪܐܒܠܘܣ ܐܠܣܐܟܢ ܦܝ ܡܕܝܢܗ ܕܡܫܩ ܐܠܐܢ ܠܐܒܢܗ ܐܠܫܡܐܣ ܡܘܣܝ ܐܠܠܗ ܝܢܦܥܗ ܦܝܗ ܐܡܝܢ ❖ ܘܣܒܒ ܐܠܡܣܒܒ ܦܝ ܕܠܟ ܐܠܐܟ ܐܠܦܐܨܠ ܐܠܡܛܪܐܢ ܕܐܘܘܕ ܐܠܚܕܐܕ, ܐܠܡܩܝܡ ܗܐܠܝܘܡ ܒܕܝܪ ܣܝܕܬܢܐ ܐܠܥܕܪܐ, ܕܝܪ ܨܝܕܢܐܝܐ. ܬܣܗܝܠ ܚܒܝܒ ܐܠܐܠܗ ܐܠܡܥܡܘܕܝܗ ܐܡܝܢ ❖ Ad finem et exitum pervenit hic liber benedictus psalmorum Davidis regis et prophetae, necnon hymnorum ceterorum prophetarum, auxilio Dei, cui sit laus, manu hominis vilis, peccatorisque, oceano peccatorum et criminum immersi, Habacuc, quod ad nomen attinet diaconi, ex urbe Adannith, anno 1890 Alexandri Graeci, feria sabbati, die 25 instante mensis Teshrin prioris, hora lucis nona. Exscripsit autem jussu fratris Mansur Ibn Tatilla ex urbe Beka' Caphra in provincia Tripolitana, sed jam urbis Damasci incolae, qui eum acquisivit filii sui causa, diaconi Mosis, cui Deus det, precor, ut utilitatem ex eo legendo percipiat, Amen. Causa denique codicis exscribendi fuit frater eximius metropolitanus David Chaddaeus, hodie monasterii Dñae nostrae Virginis,

[c] De Trisagio, ut supra dixi, multa controversia. Unde in hoc codice deleta sunt verba ܕܐܣܛܠܒܬ ܚܠܦܝܢ, ὁ σταυρωθεὶς ὑπὲρ ἡμῶν, et in margine adscriptum; كل من اخلط الصلبوت في الثلاث تقديسات فيكون اجاز الصلبوت علي اللاهوت ❖ ويكون محروم من مجمع الخامس الذي صار في مدينة القصطنطينيه وهم مايه خمسه وستين اب وهو ثاني مجمع صار في مدينه القصطنطينيه واحرمم (l. واحرم) ببطروس وانثيموس وساوروس لانهم كانوا يجوزوا الصلبوت علي اللاهوت ❖ كنيسه روميه تعتقد وتقول ❖ ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ ܩܕܝܫܬ ܚܝܠܬܢܐ ܩܕܝܫܬ ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܐܬܪܚܡܝܢ ܥܠܝܢ ❖ اعني قدوس الله قدوس القوي قدوس الذي لا يموت ارحمنا. بهذا اعتاقدت كنيسه روميه وكل من تبعها خلص ومن لا تبعها هلك. تبعها بعون الله سعب مارون من كل قلبه الله يخلص الطابع: والعاصي خطيته في رقبته ❖ ܟܬܒ ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ ܐܠܝܠܬܐ ܦܛܪܘܣ ܡܣܟܢܐ ܒܫܡ ܕܝܪܝܐ ܐܘܟܝܬ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܘ ܒܪ ܡܫܝܚܐ ܒܘܪܐ ܣܒܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܘܓܒܝܬܐ ܠܡܫܝܚܐ ܐܢܩܘܪܐ ܘܐܦ ܡܬܩܪܐ ܒܪ ܚܠܝܒ ܗܘܐ, ܟܬܒ ܒܫܢܬ ܐܦ̄ܒ ܡܫܝܚܝܬܐ. ܒܝܘܡ ܟܗ̄ ܡܢ ܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ❖ Quicunque crucifixionem Sanctae Trinitati adjungit, ut in Deitatem etiam transeat crucifixio efficit, et propterea a quinto concilio patrum 165, quod Constantinopolim secundum convenit, anathematizatus est. Anathematizavit etiam concilium Petrum (Fullonem), et Anthimum et Severum, propterea quod crucifixionis notionem in Deitatem transire fecerunt. Quinetiam ecclesia Romana profitetur dicitque, Sancte Deus, Sancte Potens, Sancte Immortalis, miserere nostri. Hanc fidem profitetur ecclesia Romana, et quicunque eam sequitur salvus erit; et qui eam non sequitur, peribit. Sequetur eam per Dei auxilium familia Maronis (Maronitae) e cuncto eorum corde. Qui autem obedit, salvum eum faciat Deus; qui autem recusat, peccatum ejus in ejus dorsum cadat. Verba haec humilia scripsit Petrus infirmus, nomine monachus, sive Metropolitanus, (h. e. Abbas, cf. Du Cange, s. voce,) filius parochi beatae memoriae Sabae, ex urbe benedicta et a Christo delecta, Ancyra, qui etiam cognominatus est Bar-Halib; scripsit autem A.C. 1602, die Octobris 25.

quod Hucae monasterium est, incolae. Conservent preces ejus totam sancti baptismatis familiam, Amen.

Et postea;

سبيقا الخط بعدي في الكتابي
ويبلا الكف مني في الترابي
يلوح الخط في الكتب دهر
وكاتبه نميم [نايم .l] في الترابي .
اسال الذي يقرا بهذا الكتابي
يدعي لي في الخلاص من العذابي .
لعل الله يسمع من دعاه :
ويوهب له حسن التوابي .

Post me manebit scriptura mea in meo libro,
Quum manus mea terra induta est;
Per seclum nitebit in libris scriptura, dum dormit in sepulchro scriba.
Rogo quicunque hunc meum librum legat,
Oret pro me ut salvus evadam e suppliciis:
Forte preces ejus audiet Deus, et ut poenitentiam agat propitius dabit.

3. Homilia Mar Ephraimi eadem ac in codice priore, fol. 222. In fine; علم ⁘ الله يرحم الكتاب امين . [HUNT. 109.]

8.

Codex bombycinus in folio, ff. 154 constans, vetustus, mutilus, fine carens, binis columnis Syriace et Carshunice, charactere simplici eleganter exscriptus.

Inest Psalmorum Davidis versio simplex secundum S. Athanasii recensionem disposita, cui in altera columna addita est versio Arabica. Ad calc. Hymnus Mosis prophetae, fol. 151: Esaiae, fol. 153: Mosis alter, ibid.

Chartacea, manu recenti, misere exarata sunt ff. 1—9, 40—43; deest fol. inter ff. 108, 109, quo inerant Ps. cv. vv. 18—37.

In margine fol. 69, dicit diaconus quidam Elias, fil. parochi Joannis, الشماس الياس ابن الخوري يوحنا se librum emisse pro nummis 675, وهو مشترا بست مايه خمسة وسبعين. Nomen nummi omissum est, sed quum certe fuerit minutissimus, opinor eum fuisse الفلس. [BOD. OR. 535.]

9.

Codex bombycinus in folio, ff. 187 constans, binis columnis, Syriace et Carshunice, charactere simplici, A. C. 1518, a scriba Jacobita exaratus, qui se codicibus Gregorii Bar-Hebraei adcuratissimis usum esse profitetur. Fidei Monophysiticae professionem in epigraphe addidit. Inest;

1. Psalmorum versio simplex cum solita versione Arabica[a].

Tit. ܒܚܝܠ ܫܠܝܐ ܘܡܥܘܕܪܢܘܬܐ ܘܛܝܒܘܬܐ ܕܡܪܝܐ ܕܟܠ ܨܒܐ ܕܢܐܚܐ ܡܫܪܐ ܐܢܐ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܫܒ̈ܚܐ ܐܘܟܝܬ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܐܝܟ ܡܦܩܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܘܡܢ ܡܦܩܬܐ ܫܒܥܝܢܝܬܐ ܠܫܘܪܪ ܗܕܐ ܡܦܩܝܢ: ܘܕܐܩܘܠܐ [ܕܐܩܘܠܐ] ܘܣܘܡܡܟܘܣ [ܘܕܣܘܡܡܟܘܣ] ܘܕܬܐܘܕܘܛܝܘܢ ܘܕܫܒܥܝܢ ܘܕܝܘܬ ܠܫܘܪܪܐ ܕܗܕܐ ܡܦܩܬܢܝܬܐ ⁘ Ope et auxilio et beneficentia Dñi, qui omnia vult salvari, initium facio scribendi Librum Canticorum sive Psalmorum Davidis regis et prophetae secundum versionem Syriacam: cujus in confirmationem sunt quae ex versione Septuagintavirali afferemus, adhibitis etiam in ejus elucidationem Aquilae, Symmachi,

---

[a] Ante titulum Carshunice scripta est كيفية الصلاوات الليلة والنهارية Officiorum Noctis et Diei enumeratio, qua et horae et quid cuique horae proprium sit, et res, pro quibus singulis hebdomadis diebus preces fundantur, descriptae sunt. Ad calc. ܫܠܡ ܟܬܒܗ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܚܝܠܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܕܫܢܬ ܐܠܦ̄ ܘܬܡܢܡܐ ܘܠܓ̄. ܒܡܕܝܢܬܐ ܒܪܘܝܐ ܚܠܒ ⁘ Scripsit Gregorius imbecillis Hierosolymitanus A. Graec. 1833, C. 1522, in urbe Beroea sive Halebo.

Theodotionis, necnon Pentapla et Hexapla versionibus[b].

Sequitur eadem ac in Hunt. 109. praefatio, deleta Philoxeni, utpote haeretici nomine: notitiaeque ex Athanasio, Hippolyto, Basilio, Epiphanio desumptae, caeteris omissis. Denique cuique psalmo duplex titulus praefixus est, prior literalis, alter mysticus.

Ad calc. ܫܠܡܘ ܬܫܒ̈ܚܬܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܕܗܘ̈ܝܢ ܒܡܢܝܢܐ ܡ̈ܐܐ ܘܚܡ̈ܫܝܢ ܦܬܓܡ̈ܝܢ. ܦܬܓ̈ܡܐ ܕܝܢ ܐܪ̈ܒܥܐ ܐܠ̈ܦܝܢ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪ̈ܝܢ: ܡܥܠܝܬ̈ܐ ܚܡܫܬܥܣܪ. ܘܫܘܒ̈ܚܐ ܐܫ̈ܬܝܢ ܕܡܦܪ̈ܫܝܢ ܐܝܟ ܦܘܫܩܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܬܢܐܣܝܘܣ: ܘܣܦܪ̈ܐ ܚܡ̈ܫܐ: ܘܐܝܬ ܒܗ ܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܫܒܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪ̈ܝܢ ܘܫܡܗ ܕܐܠܗܐ ܐܪܒܥܡܐܐ ܀ Explicit. laudes Davidis regis et prophetae, quae numero sunt 150: versicc. autem 4832; gradus 15; gloriae 60; dispositae secundum expositionem S. Mar Athanasii. Libri quinque sunt. Inest nomen Dñi 732[ies]; et nomen Dei 400[ies] scriptum.

2. Cantica, fol. 175.

a. Psalmus cli, fol. 175. *β*. Hymnus Mosis prior, ib. *γ*. Esaiae, fol. 177. *δ*. Mosis alter, fol. 178. Ad calc. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܕܒܗ ܫܪܝܢ ܘܠܒܪܐ ܕܒܗ ܡܨܥܝܢ. ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܒܗ ܫܠܡܢ ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ ܀ Gloria Patri in quo incepimus, et Filio in quo medium attigimus, et Spiritui Sancto in quo absolvimus, in secula seculorum. *ε*. Oratio Dominica, fol. 182. *ϛ*. Symbolum Nicaenum, ib. Tit. ܐܡܘܠܘܓܝܐ ܐܘ ܗܝܡܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܬܠܬܡܐܐ ܘܬܡܢܬܥܣܪ ܗܢܘܢ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܝܐ ܕܒܝܬܘܢܝܐ ܒܝܘܡܝ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܘܐܚܪܡܘܗܝ ܠܐܪܝܘܣ ܘܗܘ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܡܢ ܦܘܡܗ ܩܕܡܝܗܘܢ ܗܘ. ܙܕܩ ܕܢܠܦܘܢ ܪ̈ܒܢܐ ܠܛܠܝ̈ܐ ܬܠܡ̈ܝܕܝܗܘܢ ܩܕܡ ܟܠܡܕܡ ܘܒܬܪܟܢ ܡܙܡܘ̈ܪܐ ܘܨܠܘ̈ܬܐ ܘܡܕܪ̈ܫܐ ܘܥܢܝ̈ܢܐ ܀ ܟܗܢܐ ܢܐܡܪ ܡܗܝܡܢܝܢ ܘܥܡܐ ܟܠܚܕ ܢܐܡܪ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ ܟܠܚܕ ܠܗ ܘܠܢܦܫܗ. ܡܗܝܡܢ ܐܢܐ ܘܐܡܪ ܀ Confessio sive Fides sanctorum 318 patrum, qui Nicaeam in Bithynia, diebus victricis regis Constantini convenerunt, et anathematizaverunt Arium[c]. Ipse autem Christus eam suo ore coram iis pronuntiavit. Oportet autem doctores discipulis suis parvulis antea omnia eam docere, et postea psalmos, preces, hymnos, antiphonas. [In ea recitanda] sacerdos pluraliter dicet, Nos credimus: populus autem quisque singulariter pro se dicet, Ego credo. *ζ*. Beatitudines, fol. 184. Tit. ܬܘܒ ܥܣܪܐ ܦܘܩܕܢܐ ܕܝܗܒ ܡܪܢ ܒܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܚܡܫܐ ܥܠ ܢܦܫܐ ܘܚܡܫܐ ܥܠ ܦܓܪܐ ܘܚܡܫܐ ܪ̈ܘܚܢܝܐ ܘܚܡܫܐ ܦܓܪ̈ܢܝܐ ܘܐܪܙܐ ܝܘܕ ܐܬܘܬܐ ܡܢܝܢܐ ܕܥܣܪܐ ܀ Sequuntur decem beatitudines quas dedit Dñus in Evangelio; quarum quinque ad animam, quinque ad corpus pertinent; quinque spiritales, quinque corporeae. Litera autem Yod, h. e. numerus decem, nomen Jesum per mysterium significat. *η*. Magnificat, ib. *θ*. Gloria in excelsis, fol. 185. In fine ejus plures adduntur versiculi, quorum primus, Semper et per omnes vitae nostrae dies benedicam et laudabo nomen tuum. Ad calc. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܢ ܥܠܡ ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܘܐܡܝܢ ܀ Gloria Patri, et Filio et Spiritui Sancto e seculis usque in secula seculorum, Amen et Amen.

In fine; ܠܫܘܡܠܝܐ ܕܡܟܠܠ ܫܘܒܚܐ ܦܠܐܒܐ ܕܝܗܒ ܫܘܒܚܐ ܠܐܡܘܪܐ ܘܠܫܡܘܥܐ. ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܥܠ ܟܬܘܒܐ. ܡܪܝܐ ܫܘܒ ܕܒܛܠܠܝ ܚܠܦ ܟܠܗ ܐܬܥܝܢܘ. ܫܠܡ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ

[b] Multum vereor ut alicubi inveniri possit versionis psalmorum simplicis exemplar sincerum. Nihil aliud enim vult confirmatio et elucidatio ista de qua blaterant scribae, quam textus corruptio, obtrusis ad libidinem pro verbis ejus quicquid in aliis versionibus scribis ineptis placuerit.

[c] Nomen Arii, utpote haeretici, sursum deorsum scriptum est, et neque caetera minio, sed atramento.

[Syriac text] Ori quod locutum est misericordia, et manui quae scripsit venia; recitoribus et auditoribus clemens sit dominus in die judicii. Dñe Jesu Christe, cujus morte totus mundus veniam adeptus est, per gratiam tuam peccatis servi tui qui tuas laudes exaravit veniam concede; et quum die judicii hominum secreta detegantur, scelera Said-Allah miseri infirmique misericors absconde, per Amen rerum caelestium, et etiam per Amen rerum terrenarum.

Et postea; [Syriac text] Dñe ne sperne mercedem quinque sororum [digitorum?] quae in tua vinea laboraverint, sed una cum quinque virginibus quae in tuum thalamum intraverunt, gaudio fruantur, Amen.

Item; [Syriac text] Ut gaudet nauta cujus navis in portum ingreditur, sic gaudet scriba in linea ultima scribenda.

Item; [Syriac text]

[Syriac text]

Honori et gloriae Trinitatis adorandae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei veri, quam tripliciter confiteri et singulatim praedicare oportet: cujus tres unus sunt, et unum in tribus confitemur: e cujus tribus personis una, Verbum scilicet Dei, e caelis descendit voluntate sua et Patris et Spiritus Sancti, et in sinu virginis Deiparae Mariae deversata est, et e puritate ejus nata est, neque claustrum virginitatis solvit; quae neque augmentum personarum nec proprietatum admittit, sed unus est Dominus et homo et Deus. Cui pro certo habemus unam esse personam, et unam

voluntatem et unam naturam, et anathema sit quicunque ei duas naturas et duas personas adnumeret; et anathema sit quicunque Deitatem e corpore quod cum eo in crucem elevatum est, et cum eo in sepulchrum descendit, et cum eo in caelos adscendit, separet; ubi e dextra Patris arcani qui eum genuit sedet, et a rebus creatis laudatur. Hic autem Liber Psalmorum Davidis regis et prophetae, qui Cor Dei cognominatus est, in honorem et aedificationem sanctae ecclesiae perfectus et finitus est anno 1829 Graecorum dolosorum, (A. D. 1518,) die sabbathi, tertia mensis aestivi Tamuz luce, festo sancti Mar Thomae apostoli, nona lucis hora. Exscripsimus autem secundum id quod in exemplaribus adcuratis sancti Mar Gregorii, Mafriani sive Catholici Orientis, invenimus. Haec denique facta sunt diebus custodum vigilum, et pastorum prudentium Mar Ignatii Antiochiae et Mar Joannis Alexandriae patriarcharum: Dñus eos in sancta ejus ecclesia per multos annos stabiliat, Amen. Hunc thesaurum acquisivit diaconus illustris, reverendus, castus, Joannes Mardinaeus cognominatus Bar-Kari', in usum filii ejus diaconi Hasan, filii benedictionis et fructus vitae, ut in eo disceret et proficeret. Det ei Dñs vitam productam propter preces Deiparae et omnium sanctorum. Scriptus est in urbe Emesa manu infirmi et peregrini Hegumeni sive Comitis Phoenices, Said-Allah, filii Hierosolymitani Abd-Allah; in quos misericors sit Dñs. Qui autem misericors est, misericordiam adipiscetur: et Deo gloria, Amen.

In ultimi folii obverso sequitur كيفية الصلوات والالحان, sc. de modis precum et tonis in quibus decantandae sunt (secundum octoechum) ab eodem scriba qui in primi folii recto precum horas descripsit.

[Marsh. 327.]

10.

Codex bombycinus laevigatus in quarto, ff. 124 constans, haud ita vetustus, fine mancus, charactere simplici exaratus. Chartacea et recentiore manu sunt ff. 1—27, 116. Insunt;

1. Psalmi Davidis secundum versionem simplicem. In margine adscriptae sunt variae lectiones ex editione Erpeniana depromptae[a], fol. 1.

2. Hymni biblici, sc. *α*. Mosis prior, fol. 120. *β*. Esaiae, fol. 121. *γ*. Oratio Dominica, ib. *δ*. Canticum Deiparae, ܬܫܒܘ̄ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ, h. e. Magnificat, ib. *ε*. Beatitudines, fol. 123. *ϛ*. Gloria in excelsis, sc. ܬܫܒܘ̄ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܒܝܘܡ ܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ. ܘܦܫܩܗ ܐܬܢܣܝܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܀ Hymnus angelorum die Dñi natali, quem interpretatus est Athanasius Alexandrinus, ib. *ζ*. Trisagium, secundum ritum Monophysitarum: cuique versiculo addita est amplificatio quaedam. Eradere conatus est nescio quis verba controversa, ܕܐܝܬܠܗ سلم, fol. 124. Caetera desunt. [Bod. Or. 51.]

11.

Codex bombycinus in quarto, ff. 188 constans, vetustate corruptus, fine mancus, charactere simplici exaratus. Insunt;

1. Psalmi Davidis secundum versionem simplicem, fol. 1.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܟܬܒܝܢ ܡܙܡ̈ܘܪܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܀ Ope Trinitatis sanctae scribimus Psalmos Davidis regis et prophetae. Ad calc. ܫܠܡܘ ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܢܒܝܐ ܘܡܫܝܚܐ ܘܡܠܟܘܗܝ ܦܬܓ̈ܡܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ. ܐܪ̈ܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܘܬܫܥܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܚ̄. ܐܝܬ ܐܝܟܢܐ ܐܫܟ̈ܚܢܐ ܕܐܦܘܩܘ ܬܫܒܘ̈ܚܬܐ. ܣܒ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܠܗܘ ܀ Explicit.

[a] Concessit hunc codicem Jacobus Usserius in Bibl. Polygl. Lond. usum, ubi signo Uss. notatur.

Psalmi 150, quorum versicc. in universum sunt 4832. Sunt qui duodecim (psalmos) addiderint, quorum nobis nullum opus est.

2. Hymni biblici, sc. *a*. Mosis prior, fol. 173. *β*. Esaiae, fol. 175. *γ*. Mosis alter, ib. *δ*. Magnificat, fol. 180. *ε*. Symbolum Nicaenum, ib. *ς*. Oratio Dominica, fol. 181. *ζ*. Beatitudines, fol. 182. *η*. Gloria in excelsis, sc. ܬܫܒܘܚܬ ܬܫܡܫܬܐ ܕܠܠܝܐ Hymnus quo ad finem perducitur officium noctis. *θ*. S. Ephraimi Homilia, cujus initium ܐܠܗܐ ܗܒ ܡܠܬܐ, fol. 184. Deest fol. ultimum, quo inerant hujus homiliae versus plurimi.

In fine; ܬܡ ܒܥܘܢ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܒܐܪܟ ܐܠܥܒܕ ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܦܩܝܪ ܐܠܡܣܟܝܢ ܐܠܟܐܛܝ ܐܠܕܠܝܠ ܐܠܓܐܪܩ ܦܝ ܒܚܪ ܐܠܚܛܐܝܐ ܘܐܠܕܢܘܒ ܫܡܥܘܢ ܒܐܣܡ ܫܡܐܣ ܐܒܢ ܐܠܩܣ ܗܪܘܢ ܐܒܢ ܐܠܟܘܪܝ ܝܘܚܢܐ ܐܒܢ ܟܥܒܘܫ ܡܢ ܩܪܝܗ ܚܕܫܝܬ ܡܢ ܓܒܠ ܠܒܢܐܢ ܡܢ ܡܚܐܦܛܗ ܒܫܪ, ܘܗܘ ܒܐܡܪ ܐܠܐܟ ܐܠܫܡܐܣ ܬܘܡܝܬ ܘܐܒܢܗ ܐܠܫܡܐܣ ܝܘܚܢܐ ܐܠܠܗ ܝܢܦܥܗ ܦܝܗ ܘܝܥܠܡܗ ܠܠܚܠܡ ܦܝܗ ܐܡܝܢ ܀ Ad terminum perduxit hunc benedictum librum servus vilis pauper egenus peccator abjectus in mare peccatorum et scelerum immersus Simeon, nomine diaconus, filius presbyteri Aaronis, fil. parochi Joannis, fil. Kha'bush, ex urbe Hadshit, in monte Libano * * * * *. Scriptus autem est jussu fratris diaconi Tomit, et filii ejus diaconi Joannis. Ut in eo legendo proficiat concedat ei Deus, et doceat eum in vitam aeternam, Amen.

In margine Petrus diaconus, et Abdal'aziz parochus se hunc codicem inspexisse profitentur die primo mensis Moharram anno Hejrae 1073, C. 1662. [HUNT. 401.]

12.

Codex bombycinus in quarto, ff. (222—42 =) 180 constans, vetustus, mutilus, prae humore evanidus, initio et fine carens, binis columnis, quarum altera charactere antiquiore, altera Arabico sermone et charactere exscripta est. Insunt;

1. Psalmi Davidis sec. vers. simp. in viginti *καθίσματα* distributi, secundum Graecorum morem[a], quorum cuique praefixae sunt preces et B. V. Mariae invocationes Arabice.

Desunt ff. 1—5, 9, 10, 12—14, 16—21, 24—26, 41, 42, 66, 81, 88, 99, 105—112, 119, 130, 135, 145, 146, 151, 152, 189, 193: quibus inerant Ps. i—iii. 4, vi—viii. 2, ix. 2—x. 18, xii. 2—xviii. 18, xviii. 45—xxi. 4, xxx. 24—xxxiii. 4, xlvii, lviii. 9—lix. 10, lxv. 1—10, lxxi. 8—20, lxxiv. 12—lxxviii. 27, lxxx. 15—lxxxi. 9, lxxxix. 16—32, xci. 14—xcii. 4, ci. 6—cii. 18, civ. 19—cv. 9, cxx. 8—cxxii. 4, cxxviii. 5—cxxxii.

Notatio Syriaca cum versione Anglicana convenit usque ad Ps. cxiv, cui Ps. cxv conjunctus efficit ut Ps. Syriacus cxv noster sit cxvi: e contra Ps. cxlvii in duas partes versu 12 divisus est, unde Ps. cxlviii denuo cum versione nostra congruit.

2. Hymni biblici, Syriace; sc. *a*. Mosis prior, fol. 215. *β*. Ejusdem alter, fol. 216. *γ*. Annae, 1 Sam. ii. 1—10, fol. 219. *δ*. Habacuc, fol. 220. *ε*. Esaiae, fol. 221. *ς*. Jonae, fol. 222. *ζ*. Cantus trium puerorum, vv. 3—7, ibid. Caetera desunt. [DAWK. 55.]

---

[a] Melchitarum esse opinor Codd. Dawk. 55, 33, et Poc. 2, propterea quod Psalmos exhibent in xx *καθίσματα* distributos: Melchitas autem rebus in omnibus Graecos imitatos esse satis constat. Quinetiam scripti sunt omnes in eo antiquo charactere, quem vulgo vocant Nestorianum, minime quasi, ut putavit, Land, Anecd. Syr. i. 85, soli Nestoriani eo usi sunt, sed quia usus ejus apud eos diuturnior fuit. Versio denique Psalm. Arabica in hoc codice arcte cum ea convenit quae Halebi, 1706, sub prelo missa, Melchitarum esse fertur. E contra verss. Arab. ap. codd. Hunt. 109, 250, Bod. Or. 535, propius ad textum Gabr. Sionitae, Romae 1614, accedunt, magnis tamen cum differentiis et ab eo, et inter se, utpote quae ad normam vers. Syriacae redactae sunt.

13.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. (272—2 =) 270 constans, mutilus, initio fineque carens, humiditate corruptus, charactere antiquiore exscriptus. Insunt;

1. Psalmi Davidis sec. vers. simp. in viginti καθίσματα, seu sectiones distributi, quarum cuique praefixae sunt eaedem preces et invocationes ac in cod. priore.

Desunt ff. 1, 2, ac Ps. i—ii. 7: de notatione eadem ac in cod. priore observanda: denique ff. 135, 136, seriore manu scripta sunt ad mendam reficiendam. Nam quum vox ܐܬܡ bis in Ps. lxxx occurrit, sc. in vv. 7, 14, scriba quae intersint omiserat.

2. Psalmus 151, Arabice, fol. 252.

3. Hymni biblici, sc. α. Mosis prior, fol. 253. β. Alter, fol. 255. γ. Annae, fol. 261. δ. Habacuc, fol. 262. ε. Esaiae, fol. 263. ς. Jonae, fol. 265. ζ. Trium puerorum, vv. 3—34, fol. 266. η. Ejusdem pars altera, vv. 35 seqq. quibus tamen non omnino consentit. θ. Magnificat, fol. 271. ι. Zachariae, fol. 272. Caetera desunt.

Seriore manu sunt ff. 262, 263.

[Dawk. 33.]

14.

Codex bombycinus laevigatus in duodecimo, ff. 232 constans, charactere simplici adpositis plerumque vocalibus, A. C. 1519, pulchre exaratus. Insunt;

Psalmi Davidis secundum versionem simplicem, fol. 1.

Tit. ܥܠ ܬܘܟܠܢܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܫܪܐ ܐܢܐ ܕܐܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܡܙ̈ܡܘܪܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܀ Ope sanctae Trinitatis confisus initium facio scribendi Librum Psalmorum Davidis regis et prophetae. Ad calc. Carshunice, كمل هذا الكتاب بعون الله تعالي سنة الف وثمنمايه وثلاثين يوم الاثنين وقت نصف النهار في عشرين يوم مطت من شهرا حزيرن في قريه برنسا في جبل لبنن المبارك في بلاد البترون فن معاملت طراب علي يد انسان خاطي مسكين موسي ابن بالوس ابن ثوما ابن كامل من قرية حطون المباركه الرب ❖ Explicit hic liber Dei summi auxilio A. G. 1830, C. 1519, feria secunda circa meridiem, currente adhuc die vicesimo mensis Junii, in urbe Barnesa in monte benedicto Libano in agro Berytensi et provincia Tripolitana, manu viri peccatoris pauperisque Mosis fil. Bacchi, fil. Thomae, fil. Carmel, e vice Hhatun benedicto magnoque. [Laud. 32.]

15.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. (129—2 =) 127 constans, charactere simplici, A. C. 1578, bene exaratus. Insunt;

1. Liber Psalmorum in quinque libros et quindecim sectiones, ܡܪ̈ܡܝܬܐ, dispositus, fol. 3.

Tit. opere intertexto circumdatus, ܠܘ ܠܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ ܩܪܐ ܐܢܐ ܠܡܥܕܪܢܐ ܕܟܪܝܗܘܬܝ، ܡܬܩܪܒ ܐܢܐ ܕܐܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܙܡܝܪ̈ܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ܘܠܒܗ ܕܐܠܗܐ ܘܕܐܚܪ̈ܢܐ ܚܒܪ̈ܘܗܝ، ܓܒܝ̈ܐ ܐܝܟ ܦܘܫܩܐ ܣܘܪܝܝܐ ܦܫܝܛܐ ܀ Ad Deum Deum clamans ut opem meae infirmitati ferat, accedo ad librum canticorum exscribendum, qui Liber Psalmorum est Davidis regis et prophetae, et Dei cordis; necnon aliorum sodalium ejus electorum: secundum versionem Syriacam simplicem.

2. Psalmus 151, fol. 122.

3. Oratio matutina per jejunium quadragesimale recitandum, ib.

Tit. ܬܘܒ ܢܟܬܘܒ ܨܠܘܬܐ ܕܨܦܪܐ ܕܡܬܐܡܪܐ ܒܝܘ̈ܡܬܐ ܕܨܘܡܐ ܪܒܐ ܀ Jam scribemus orationem matutinam quae diebus jejunii magni recitatur.

4. S. Ephraimi Homilia de amore sapientiae, cujus initium, ܐܠܗܐ ܗܒ ܡܠܦܢܐ, fol. 123.

Tit. ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܕܥܕܬܐ ܀ Sequitur Mar Ephraimi, ecclesiae doctoris, homilia. In fine; ܫܠܡ ܗܐܦ ܡܐܡܪܐ ܗܢܐ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܕܠܗ ܫܘ̄ ܡܢ ܟܠ ܐܡܝܢ ܀ ܒܫܢܬ ܐܦܦܛ̄ ܕܝܘ̄ ܒܟ̄ܒ ܩ̈ܡܬܐ ܠܝܪܚܐ ܐܒ ܒܐܝܕ̈ܝܐ ܡ̈ܠܝܬܐ ܚܛ̈ܝܬܐ ܕܐܢܫ ܕܫܡܗ ܐܘܢܢܝܣ ܕܒܫܡܐ ܡ ܕܝܪܝܐ ܘܡܦܩܢܐ ܩܫ̄ ܒܪ ܒܥܒܕܐ ܪܚܝܩ ܡܢ ܬܪ̈ܝܗܘܢ ܫܡ̈ܗܐ ܒܪ ܐܝܟ ܡܩܕܫܝܐ ܡܪܕܝܪܘܣ ܒܪ ܡܩܕܫܝܐ ܒܪܨܘܡܐ ܐܪܡܢܝܐ ܡܢܝܚܐ: ܒܝܘ̈ܡܝ ܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪ̄ ܘܡܪܝ ܒܣܝܠ ܡܦܪܝܢܐ ܘܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܐܦܣ̄ ܕܓܪܓܪ ܡܪܝܐ ܢܘܪܟ ܚ̈ܝܝܗܘܢ ܘܠܢ ܢܥܕܪ ܒܨܠܘ̈ܬܗܘܢ ܀ Explicit etiam haec homilia ope Dñi nostri cui gloria ab omnibus, Amen; anno 1889 Graecorum, C. 1578, die 22 mensis Ob, manibus iniquitatis plenis viri Joannis nomine, quod ad nomen attinet monachi, et ad designationem presbyteri, facto autem longe ab ambobus nominibus remoti, filii viri Hierosolymitani Mardiri, fil. Hierosolymitani Barsumae Armeni beate quiescentis: diebus patrum sanctorum Mar Ignatii patriarchae, et Mar Basilii maphriani, et Mar Severi episcopi Gargarae, quorum vitas producat Dñs et nobis per eorum preces opituletur.

Et postea; ܐܝܟ ܬܟܬܒܬܗ ܕܕܝܪܝܐ ܐܢܛܘܢܝܣܝܐ ܘܩܫܝܫܐ ܗܕܝܪܐ ܪܒ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܝܟ ܕܢܩܪܐ ܒܗ ܘܢܙܡܪ ܒܗ ܘܢܦܠܘܚ ܡܢܗ ܘܢܝ̈ܚܐ ܠܥ̈ܠܡܝܢܐ ܘܒܘܣ̈ܡܐ ܪ̈ܘܚܢܝܐ ܘܢܗܪܓ ܒܗ ܒܠܠܝ ܐܝܡܡ ܡܪܝܐ ܢܫܡܠܝܐ ܢܦܫܗ ܘܢܬܠ ܠܗ ܗܘܢܐ ܢܗܝܪܐ ܘܡܚܪܕܐ ܦܠܝܓܐ ܘܣܘܟܠܬܢܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܐܝܬܘܗ̄ ܡܪܗ ܘܠܝܬ ܠܐܚܪܢܐ ܒܗܘ ܒܗܢܐ ܫܘܬܦܐ ܡܢܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܗܘ ܡܪܗ ܢܬܦܣ̈ܐ: ܒܥܗܕ ܡܢ ܡܐ ܕܙܢܬ ܒܢܬ ܐܬܝܒܘܗ, ܠܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܒܩܪܝܢܗ ܢܙܒܢܗ ܘܡܢ ܗܝܕܐ ܘܠܗܠ ܕܠܗ ܐܝܬܘܗ̄. ܘܐܬܪܐ ܗܘ ܒܪ ܡܙܒܢܐ ܗܘ. ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܕܝܢ ܒܪܐ ܗܘ ܕܡܗܝܡܢܐ ܡܢܝܚܐ ܓܝܪܐܓܝܣ ܘܐܚܘܗ̄ ܕܕܝܪܝܐ ܐܡܝܪܘܣ ܕܐܝܟ ܕܝܢܐ ܠܐ ܡܬܒܨܝܢܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܘܗ̄ ܣܡܝܐ ܒܩܪܝܬ ܐܬܡܣܘܢ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܡܒܪܟܬܐ ܕܕܝܪܐ ܕܐܒܘܓܠܒ: ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ ܥܠ ܟܬܘܒܗ ܘܥܠ ܡܩܢܝܗ. ܘܗܘ ܕܡܪܚܡܢܐ ܡܪܢܐ ܢܚܣܐ ܥܠܘܗܝ. ܐܡܝܢ ܀ Rogatu monachi Antoniani et presbyteri illustris doctoris nostri Theodori hunc librum scripsi, ut in eo legeret et caneret, et commoda aeterna et voluptates spiritales ex eo perciperet, dum noctu dieque in eo meditetur. Dominus perfectum eum reddat, et animum lucidum et mentem acutam et intelligentiam divinam ei concedat. Ille denique libri possessor est, neque alteri cum eo participatio, nisi ipse consentiat, vel etiam, postquam gratia divina per ejus lectionem eum aluerit, librum vendat; quod si fiat, deinceps liber emptoris erit. Theodorus autem filius est fidelis beate jam quiescentis Giragi, fraterque monachi Amiri, qui judicio Dei inscrutabili caecus est, ex vico benedicto Coenobio Abugaleb. Quicunque legit oret pro scriba et pro possessore: et ille qui propitius concessit, sit in eum Deus propitius, Amen.

Desunt ff. 44, 121, quibus inerant Ps. lii. 2—liii ult., cxlviii. 4—cl. 1. [MARSH. 706.]

16.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. 194 constans, charactere simplici, multis operis intertexti miniaturis ornatus, saeculi, ut opinor, decimi quinti. Insunt;

1. Preces, in usum Jacobitarum, fol. 1.

a. ܫܘܒܚܐ ܕܥܠ ܦܓܪܐ Doxologia in corpus, sc. Dñi nostri in sacra coena. Incipit enim cum his verbis, ܢܫܒܚ ܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܠܢ: ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܣܠܩܐ ܕܒܝܬ ܡܠܟܐ. ܘܒܝܬܐ ܒܗܘܐ ܕܦܘܪܩܢܐ ܕܡܢ ܙܘܥܐ ܕܐܪܐ ܠܢ ܥܡܗ ܀ Corpus quod nos e loco domus terroris diro-

effugere facit, accipiemus: bibemusque poculum, cujus e supernis in nos potus defluxit, fol. 2. β. ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܦܬܘܪܐ Preces de mensa, h. e. Benedictiones ciborum, ib. Multis hujusmodi benedictionibus utebantur Syri Jacobitae, sc. in primam mensam; in secundam, ܥܠ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܬܝܬܐ ܠܦܬܘܪܐ; in fine coenae; quum apud alium coenabant; quum adponerentur fructus; vel pepones et bellaria (?ܦܠܩ̈ܛܐ) ܦܐܪ̈ܐ[a] ܘܩܫܘ̈ܐ; quum casu aliquid pollutum sit. γ. Oratio quum elementa discere incipit puer; tit. ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܛܠܝܐ ܡܟܐ ܕܩܕܡܝܢ ܐܒܗ̈ܘܗܝ، ܕܢܐܠܦ ܣܦܪܐ ܩܪܒܝܢ ܠܗ ܠܘܬ ܟܗܢܐ ܘܟܬܒ ܠܗ ܠܨܠܘܬܐ ܗܕܐ ܥܠ ܦܘܪܣܐ ܕܠܚܡܐ ܘܡܘܠ ܠܗ ܠܛܠܝܐ ܀ Oratio pro puero, quum parentes eum in librum ediscendum incumbere velint: adducant eum ad sacerdotem, qui hanc orationem super panis crustum exscriptam ei comedendam tradet, fol. 4. δ. Oratio pro aegrotis, ib.

2. Versus qui eodem sono terminantur, ܡܫܡܠܝܠܐ ܘܩܠܝܢܐ, metro dodecasyllabo, cujus auctor celebratur Jacobus Sarugensis, fol. 5.

α. Excerpta ex homilia rhythmica, ib. β. Ejusdem Mar Jacobi homilia, fol. 6. Laudes, ܩܘ̈ܠܣܐ, pro coetu ecclesiae, pro unoquoque sanctorum, pro episcopis, in cereos, iterum pro episcopis[b], ib.

3. Disticha praecipua, sive preces maxima ex parte ex Psalmis desumptae, fol. 9.

Tit. ܬܘܒ ܒܫܡ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܪܝܫ ܐܠܗܘܬܐ ܘܪܝܫ ܟܘܡܪܐ ܪܒܐ ܡܫܪܐ ܐܢܐ ܕܐܟܬܘܒ ܪܝܫ ܩ̈ܘܠܐ ܀ Jam in nomine Dñi nostri Jesu summi Dei, et summi sacerdotis magni, initium facio scribendi disticha praecipua[c]. Sequuntur minime ad verbum exscripti, Pss. li, cxlii, cxix. 105—112; hymnus in vigiliis cantandus, ܡܫܡܫܢܝܐ, e Pss. cxxxiv, cxix, 169—176, cxxxiii, et Christi sanctorumque invocatione constans; hymnus pauperum, ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܣ̈ܟܢܐ, e Pss. cxlviii, cxlix, cl; alius mane recitandus post "Deus meus, Tu es Deus meus, in te sperabo," e Ps. cxiii; responsorium matutinum, ܥܢܝܢܐ ܕܨܦܪܐ, e Pss. lxiii, et xix; hymnus Esaiae prophetae; Mosis hymnus prior; denique hymnus pro die magni jejunii.

4. S. Ephraimi rhythmus de sapientiae amore, fol. 15.

Tit. ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܕܪܫܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܝܘܠܦܢܐ ܘܥܠ ܡܪܬܝܢܘܬܐ ܀ Sequitur S. Mar Ephraimi homilia de doctrina et admonitione[d].

5. Psalmi Davidis, in quindecim gradus distributi, quibus praecedunt quatuor paginae miniaturis impletae[e], fol. 20.

Tit. ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܘܦܠܓܘܬܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܡܟܐ ܥܠ ܕܪ̈ܓܐ ܫܬܐ ܕܥܠ. ܡܙܡܪܐ ܐܢܐ

---

[a] Quantopere mysteria Christiana mentibus Syrorum semper obversabantur ex hac oratione patet, sc. "Deus incorporalis qui corpus accepisti, dextram tuam omnium benedictionum plenam extende, ut has aquas, quae gratia tua, multisque tuis misericordiis corpus acceperint, benedicat; ita ut e rebus corporeis et incorporalibus laus et gloria tibi Dñe ascendat, Patrique tuo, Spirituique tuo Sancto."

[b] Plerumque hae laudes nihil nisi preces sunt pro alicujus felicitate: est tamen ubi quasi epigrammata sint; e. g. in Laude Cerei rogat scriptor, quare per noctem lachrymas fundat? Cui cereus respondet, Quia non suffecit me de mediis apibus melliferis abducere, quin etiam caput meum igne accenderint. In alia, se in corde id lumen habere profitetur, quod in capite gerit cereus.

[c] Reddit Castellus ܪܝܫ ܩ̈ܘܠܐ "principales conjunctiones, titulus serm. in Psalt. Jacob." proculdubio ad hunc locum respiciens. Sed quae sequuntur minime sermo sed Psalmi sunt; si etiam ff. 91, 151, consulas, patet ܩܘܠܐ nihil aliud esse quam duo ܦܬܓ̈ܡܐ, h. e. distichon. Notandum etiam est quod in hoc Psalterio non solum ܦܬܓ̈ܡܐ sed etiam ܩ̈ܘܠܐ numerantur, unde suspicor ܪܝܫ ܩ̈ܘܠܐ disticha esse sive versus praecipuos, ad communiorem usum selectos.

[d] In margine commemoratur "mors praematura filii nobilis benedictique" viri cujusdam, cujus nomen magna cura deletum est, anno 1626.

[e] Adhibitus est hic codex in Bibl. Polygl. Lond. usum, ubi signo Poc. 1. notatur.

[Syriac text illegible] Auxilio fretus misericordiae gratiaeque Domini omnipotentis qui omnes vult salvari, initium facio scribendi Librum Canticorum, sive Psalmorum Davidis regis et prophetae, aliorumque virorum eximiorum, secundum versionem Syriacam quamvis omnino sit.... E versione autem Graeca Septuaginta et duorum quaedam ad hanc confirmandam afferemus, adhibitis etiam ad eam illustrandam Aquilae Symmachi, Theodotionis, necnon Pentapla et Hexapla versionibus. Reddita est hae versio e lingua Palestinae in Hebraicam, et ex Hebraica in Graecam, et e Graeca in Syriacam, diebus Adaei apostoli, et Abgari regis; secunda autem vice a Philoxeno Mabugensi, tertia denique Alexandriae a S. Thoma Hharklensi.

Sequuntur eadem praefatio et fragmenta ex Hippolyto, aliisque ac in Hunt. 109, et Marsh. 327.

Cuique psalmo praefixa est introductio, qua breviter de ejus sensu disputatur, laudaturque quicquid de eo dixerint textus Hebraicus, versio LXXviralis, Aquila, Symmachus, Theodotion, Hippolytus Romanus, Athanasius, Jacobus Edessenus, Daniel Salachensis [f], aliique.

In fine Ps. lix scriptus est hic colophon; ܫܠܡܬ ܦܠܓܘܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܐܝܟ ܕܦܫܩ ܩܕܝܫܐ ܘܡܠܦܢܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܘܕܢܝܐܝܠ ܨܠܚܝܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ ܀ Explicit. sectio prima Libri Psalmorum, ut eos exposuerunt Sanctus doctusque Mar Gregorius mafrianus, et Daniel Salachensis episcopus Telae Mauzalat.

In fine; [Syriac text illegible] ܀ Explicit. psalmi sive hymni Davidis regis et prophetae, dispositi secundum recensionem et commentarium S. Athanasii in libros 5, gradus 15, doxologias 60, versicc. 4832; sunt qui alios duodecim addant. David annos 30 natus unctus est, ante Christi incarnationem annos 995, perque alios 40 prophetae munere functus est. Dicit Bar-Hebraeus, unctum esse a Samuele Davidem annos 13 natum in anno Saul fil. Kish 23. In Theodori Nestoriani (Mopsuesteni) exemplari Psalmi sunt 150, sectiones 29, lau-

[f] Hujus Danielis commentarium in Psalmos citat Gregorius Bar-Hebraeus in Horreo Mysteriorum, cf. Ass. B. O. ii. 283. Commemoratur etiam in Cat. Cod. Vat. iii. 8: necnon Expositio ejus in Ecclesiastem, ib. 17. Quanti denique fuerit apud Syros ex eo adparet quod eum ܡܠܦܢܐ ܐܠܗܝܐ, doctorem divinum, vocaverunt: ib. 297.

dationes (ܗܘ̈ܠܠܐ) 20, gradus[g] cum ܕܒܝܬ ܡܫܪܝܢ 60, versicc. sine ܕܒܝܬ ܡܫܪܝܢ, 4803.

6. Explicatio vocis ܗܠܠܘܝܐ, Hallelujah, fol. 145.

7. Enumeratio nominum quorundam, e. g. Dei, Christi, excelsi, etc. quoties apud Psalmos occurrunt, ibid.

8. Psalmus cli, cum Athanasii praefatione; it. e versione Graeca, ܦܘܫܩܬܐ ܝܘܢܝܬܐ, fol. 146.

9. Nomina fratrum Davidis e versione libri Chronicorum Septuagintavirali, ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܫܒܥܝܢ̈ܝܬܐ; it. patris et matris ejus ex Horreo Mysteriorum, ܐܘܨܪ ܐܪ̈ܙܐ, fol. 147.

10. Hymni biblici, ibid.

a. Hymnus Mosis in littore maris juncosi, ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ ܕܣܘܦ, ib. *β*. Esaiae, fol. 148. *γ*. Mosis alter, fol. 149. In fine, ܫܠܡܬ ܬܫܡ̄ܫ ܕܐܪܒܥ ܦܬ ܫܡܫ̄ ܗܘ̈ܠܠܐ ܡܩܕ̄ ܀ Explicit. ministratio quarta, versicc. 364, disticha, sive versus binarii, 182. It. ܐܘ ܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܩܪܝ ܘܨܠܝ ܥܠ ܕܟܬܒ ܡܛܠ ܡܪܢ ܀ O serve Dei, lege, et ora pro eo qui propter Dñm nostrum exaravit. *δ*. Annae, ib. *ε*. Habacuc, fol. 152. *ϛ*. Esaiae alter, c. xxvi. 9—19, fol. 153. *ζ*. Jonae, fol. 154. *η*. Ananiae, et sociorum ejus, in duas partes divisus, ib. *θ*. Magnificat, fol. 158.

11. Symbolum Nicaenum, fol. 159.

Tit. ܬܘܒ ܗܝܡ̄ ܐܘܟܝܬ ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܗܘܘ ܒܝ̈ܘܡܝ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ ܒܢܝܩܝܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܒܗܬܘ ܠܐܪܝܘܣ. ܘܗܘ̇ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܡܢ ܦܘܡܗ ܐܡܪܗ̇ ܘܡܙܕܩܘܢ. ܗܘ̇ ܕܢܐܠܦܘܢ ܡܠܦܢ̈ܐ ܠܬܠܡܝ̈ܕܐ ܠܬܠܡ̈ܝܕܝܗܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܟܠܡܕܡ ܀ Sequitur Fides, sive Homologia, et Confessio patrum sanctorum, qui diebus regis victricis Constantini urbem Nicaeam convenerunt, et Arium pudefecerunt: quibus ipse Christus Dñs noster eam ex suo ore recitavit; oportetque praeceptores ante omnia eam suos discipulos docere. In margine adscripta est rubrica, quae sacerdotem jubet eam in plurali numero recitare; in singulari autem quemque e coetu fidelium; si quis tamen eorum numero plurali utetur, oportet eum, ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܪܨܘܦ ܐܢܫܘܬܐ. ܓܒܝܠܬܐ ܒܚܝܘܬ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ, quasi ex humanae naturae persona, quae ex animae et corporis conjunctione constat, recitare.

12. Gloria in excelsis, ibid.

Tit. ܬܫ̈ܒܘܚܬܐ ܕܐܬܢܐܣܝܘܣ ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܕܡܬܐܡܪܐ ܒܠܠܝܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܘܕܥܐ̈ܕܐ ܡܪ̈ܢܝܐ ܡܦܩܬܐ ܕܝܢ ܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ ܡܪܝ ܦܘܠܘܣ ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܐܘܪܗܝ. ܗܘ ܕܦܫܩ ܠܡܥܢܝ̈ܬܐ ܐܝܟ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܩܢܫܪܝܢ ܡ̄ܬܪܓܡܢܐ ܀ Hymnus Athanasii episcopi Alexandriae, qui nocte feriae primae et festorum dominicorum recitatur. E Graeco in Syriacum sermonem vertit S. Mar Paulus episcopus Edessae, qui etiam Cantica secundum traditionem, h. e. usum, Cansarensem Syriace reddidit[h].

[g] Hi gradus Nestorianorum iidem ac ܥܘܢܝ̈ܬܐ Jacobitarum esse videntur.

tus est hic fasciculus anno 1549 Graecorum dolosorum (A. C. 1238) quinto mensis Sextilis die, quinta etiam hebdomadis feria, tempore meridiei. Scriptus est in monasterio Deiparae, quod Domus solitariorum nuncupatur in sancto Edessae monte. Qui autem eum scripsit homo fuit infirmus, peccator, peregrinus, nomine Bacchus, quod ad nomen attinet presbyter, quod ad titulum monachus, sed ab utraque adpellatione longe remotus, in usum ecclesiae catholicae, hoc est, magnae et laudabilis[b], Deiparae, in urbe sancta et beata fidelium verorum, Melitene; idque per zelum et industriam dñi nostri, Isae, sive Jesu, diaconi gloriosi et doctoris sapientis, necnon aeditui sive custodis ecclesiae supradictae, ut esset ei commemoratio et participatio in unaquaque sacra coena quae in ea obferatur. Denique oro omnes, qui in hunc librum incidant, et cum gemitu supplicor, ut si aliquam mendam vel defectum inveniant, amice corrigant, neque me culpent; omnis enim res creata imperfecta, neque aliquis perfectus nisi unus Deus: denique propter amorem orent pro misero peccatore qui scripsit, et pro dño nostro Isa, per cujus zelum scriptus est, et pro omnibus qui in hoc libro scribendo partem habuerint. Quicunque autem amoris et prudentiae ergo pro nobis et patribus nostris corporeis et spiritalibus oret, Dei Filius unicus in secundo ejus adventu eum recordetur, et propitius sit ei et patribus ejus intercessione Deiparae et sanctorum[c], Amen. [DAWK. 58.]

[b] Ecclesia Catholica hoc in loco idem valet ac Ecclesia Cathedralis, et forte sic dicta est quia apud Armenos, in cujus ditione sita est Melitene, episcopus, qui primatis partes gerebat, titulo *Catholici* insignitus est.

[c] Passim in margine inscriptiones exstant de sacerdotibus et eorum filiis, quorum exemplo sit fol. 43 vo; ܢܛܪ ܡܪܝܐ ܒܢܛܘܪ̈ܬܐ ܕܝܠܟ ܡܠܐܟܝ̈ܬܐ ܠܡܪܢ ܫܡܥܘܢ ܟܗܢܐ ܗܕܝܪܐ ܐܣܝܐ ܬܐܒܠܝܐ ܘܠܒܢ̈ܘܗܝ

66.

Codex chartaceus in quarto, ff. 158 constans, charactere simplici, A. C. 1623 exaratus. Insunt;

Liturgiae secundum ritus Jacobitarum.

1. Index liturgiarum, fol. 2.

Tit. ܒܝܕ ܡܥܘܢܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕ̄ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܕܘܚܐ [l. ܘܪܘܚܐ] ܚܝܐ ܘܩܕ̄ ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܟܬܒܝܢ ܦܘܪܫܗ ܡܚܘܝܢܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܘܫܪܟܐ ܀ Auxilio sanctae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus viventis sanctique, unius Dei veri, scribemus indicem, quae in hoc libro anaphorarum insint, monstrantem, etc.

2. Epistolae et alia officia, quae ad sacram coenam ministrandam pertineant, ibid.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕ̄ ܘܫܘܝܬ ܒܐܘܣܝܐ. ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕ̄ : ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܐܘܟܝܬ ܕܩܘܪܒܐ ܡܩܕ̈ܫܢܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ : ܘܡܠܦ̈ܢܐ ܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘܒ̄ : ܕܒܪܫܝܬܗܘܢ. ܡܢ ܐܓܪ̈ܬܐ ܕܦܘܠܘܣ : ܡܢ ܐܦܢܓܠܝܘܢ : ܡܢ ܦܪ̈ܘܡܝܘܢ ܘܣܕ̈ܪܐ : ܡܢ ܐܢܐܦܘܪ̈ܐ : ܡܕܝܢܐܝܬ : ܐܠܗܐ ܥܕܪ ܘܥܕܪ ܀ Potentia Trinitatis sanctae, et consubstantialis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei veri, initium facimus scribendi librum anaphorarum, sive liturgiarum patrum sanctorum et doctorum orthodoxorum. Quarum in initio epistolas quasdam S. Pauli exscripsimus, quas evangelia, tunc proemia et sedrae, denique anaphorae, quaeque in suo ordine excipiunt. Deus adjuva et auxiliare

a. Lectiones feriae quintae mysterii; sc.

ܢܛܝܪ̈ܐ ܕܝܠܗ ܥܡ ܐܚ̈ܐ ܡܒܪ̈ܟܐ ܕܝܠܗ ܀ Custodi Dñe angelicis tuis custodiis dñm nostrum Simeonem sacerdotem gloriosum et medicum oecumenicum, et filios ejus custoditos (sc. divina providentia), necnon fratres ejus benedictos. Quum alibi vocatur idem Simeon ܐܣܝܐ ܡܠܟܝܐ *medicus regius*, patet titulum ܬܐܒܠܠܝܐ, usitatius ܬܐܒܠܝܐ honoris causa ei a rege inditum esse.

Epist. 1 Cor. xi. 23—29; Evang., quod caeteris etiam diebus licet recitare, ܕܚܘܫܟܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܘܕܫܠܝܡܘܢ, Matt. xxvi. 26—30; prooemium cum introducatur eucharistia, ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܡܥܠܬܐ ܕܩܘܪܒܢܐ; et sedra festalis, ܣܕܪܐ ܡܥܝܕܢܐ, ibid.

β. Lectiones dominicae resurrectionis, 1 Cor. xv. 20—33, Marc. xvi. 2—8, ܦܪܘܡܝܘܢ, et sedra a Jacobo Edesseno, de ecclesia et synagoga, ܣܕܪܐ ܐܡܝܪ ܠܝܥܩܘܒ ܐܘܪܗܝܐ ܥܠ ܥܕܬܐ ܘܟܢܘܫܬܐ, fol. 5.

γ. Feriae secundae resurrectionis, Rom. xii. 9—21, Matt. xv. 32—39, ܦܪܘܡܝܘܢ et ܣܕܪܐ, fol. 8.

δ. Feriae tertiae, 1 Cor. xiii. 4—10, Joh. vi. 47—58, ܦܪܘܡܝܘܢ et ܣܕܪܐ, fol. 10.

ε. Feriae quartae, Heb. ii. 14—18, Marc. iii. 31—35, etc., fol. 12.

ϛ. Feriae quintae, 1 Cor. xii. 28—xiii. 3, Marc. vi. 7—13, etc., fol. 14.

ζ. Lectiones parasceues resurrectionis, quae etiam pro martyribus et sanctis universim recitantur, ܩܪ̈ܝܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܓܘܢܐܝܬ, Heb. xi. 32—xii. 2, Luc. xxi. 12—19, etc., fol. 15.

η. Sabbathi defunctorum, ܕܝܘܡ ܫܒܬܐ ܕܥ̈ܢܝܕܐ, 2 Cor. v. 1—10, Joh. v. 19—23, etc., fol. 17. Ad calc. alia prooemia et sedrae[a] singulis diebus et festo Nativitatis propria, ܫܚܝܢ ܠܟܠܝܘܡ ܘܠܝܠܕܐ ܕܡܠܟܐ, fol. 18.

θ. Oratio propitiatoria Carshunice, fol. 23. Tit. ܣܡܚܐ, ܒܐܠܥܪܒܝ ܡܚܒܝ ܠܪܘܣܐ ܐܠܟܗܢܗ ∴ Propitiatio, Arabice, summis sacerdotibus apta.

2. Oratio in vesperis feriae quintae mysteriorum, et sabbathi adnuntiationis in loco hymni cujus titulus *Deus omnium Dñe* legenda, ܠܐܠܗܐ ܕܡܬܐܡܪ ܒܡܘܬܒܐ ܕܚܡܫܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܘܒܫܒܬܐ ܕܣܘܒܪܬܐ ܒܕܘܟܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܐ ܟܠ. Ad calc. ܫܠܡܬ ܕܡ ܠܐܒܘܢ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܒܐܠܗܐ ܡܛܝܒܐ. ܡܠܟ ܚܟ̈ܝܡܐ. ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ. ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܒܝܢܝ ܛܘܪ̈ܐ ܕܐܪܡܢܝܐ. ܟܕ ܡܬܟܬܫ ܒܟܘܪܗܢܐ ܒܝܫܐ. ܒܫܢܬ ܐܛܠܓ ∴ Composita a patre nostro Mar Gregorio, in Deo parato, rege sapientum, qui Bar-Hebraeus cognominatus est, Orientis inter montes Armeniae Mafriano[b], quum morbo gravi cruciaretur: A. G. 1933, fol. 26.

3. Anaphorae, fol. 27.

Tit. ܒܥܘܕܪܢ ܐܠܗܐ ܡܪܐ ܟܠ ܡܫܪܝܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ∴ Auxilio Dei omnium Dñi scribere adgredimur sanctorum patrum Anaphoras.

---

[a] Ex his exemplis intelligere possumus, quid sit ܣܕܪܐ *sedra*, sive ordo. Est igitur carmen artificiosum, in sacrae coenae honorem, quod dum ad altare ferantur panis et vinum recitatur, versusque ejus plerumque eosdem sonos in fine habent, vocibusque repetitis ita gaudent, ut eadem sententia saepe bis et vicies, secundum alphabeti literarum numerum iteratur. E. g. in fol. 4 bis et vicies legimus, ܡܪܐ ܗܘ، ܕܟܝܢܬܐ ܐܠܗܝܬܐ; et sic in fol. 22. ܒܢܝܢܐ ܕܟܝܢܐ; in fol. 21 octodecies iteratur, ܡܪܢܝܫܘܥܡܫܝܚܐ; denique in fol. 7 octodecim versus eundum sonum in fine habent. Hujuscemodi canticorum, praeter Jacobum Edessenum, scriptor inclytus fuit Jesus Bar Esaias, de quo Assem. B. O. iii. ii. 147, l. 6. ܨܠܘܬ ܣ̈ܕܪܐ ܘܚܘ̈ܣܝܐ ex anonymo scriptore laudans, vix bene vertit *preces, quas ordinis et propitiationis vocant, composuit.*

[b] Iisdem paene titulis insignitus est Bar-Hebraeus in colophone apud Assem. Cod. Vat. Cat. ii. 238 laudato, sed pro ܚܬܝܕ ܒܐܠܗܐ legit Assemanus ܚܬܝܪ ܒܐܠܗܐ, vertitque *Theophorus.*—Quod autem majoris momenti est, quum hanc liturgiam in sua collectione, tom. ii. p. 126, edidit Renaudotius, multum in hoc laboravit, quod in fine tituli sui annus Graec. 1903, C. 1591 inscriptus est. Unde p. 132, auctorem non Gregorium Abulpharagium, qui A. C. 1286 mortuus est, sed alium nescio quem censuit. Quem errorem redarguens Assemanus, legere jubet, anno Graecorum 1593, C. 1282. Sed nihil mutatione opus est; annus enim C. 1591, non ad tempus quo Abulpharagius in compendium hanc liturgiam reduxit, referendus est, sed ad codicis exscriptionem, quem ipse Renaudotius A. C. 1716 scribens, plane recentem esse, et annorum vix 120, adfirmat. Sic hoc in loco, annus G. 1933, C. 1622, qui in fine exstat, minime de tempore quo orationem composuit Abulpharagius, sed de anno quo exscripsit scriba accipiendus est: id quod cum colophone optime cohaeret, ubi codicem A. C. 1623 absolutum esse legimus.

α. Anaphora parva S. Jacobi, Dñi fratris, ibid.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܀ Anaphora parva S. Mar Jacobi, Dñi nostri fratris.

β. Anaphora Joannis evangelistae, fol. 32.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܪܚܡܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܐܬܟܝ ܥܠ ܥܘܒܗ ܒܚܫܡܝܬܐ ܀ Anaphora S. Mar Joannis evangelistae, Christi amici, qui apud coenam in gremio ejus recubuit.

γ. Anaphora parva Petri, fol. 39.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܫܡܥܘܢ ܪܝܫܐ ܕܫܠܝܚܐ ܀ Anaphora parva S. Simeonis, principis apostolorum. Ad calc. ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܦܛܪܘܤ ܫܠܡܬ ܥܡ ܐܝܟܢ ܕܟܬܝܒܐ ܐܘ ܩܪܘܝܐ ܨܠܘ ܥܠ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒܗ ܘܥܠ ܐܒܗܘܗܝ ܀

δ. Anaphora Marci, fol. 43.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܩܘܤ ܟܪܘܙܐ ܘܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܀ Anaphora Marci praedicatoris et evangelistae.

ε. Anaphora duodecim apostolorum, fol. 51.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܬܪܥܤܪ ܫܠܝܚܐ ܩܕ. ܕܠܘܩܐ ܬܠܡܝܕܗ ܕܦܘܠܘܤ ܪܒܐ ܬܘܪܓܡܗ ܦܫܩܗ ܀ Anaphora duodecim apostolorum, quam Lucas magni Pauli discipulus digessit.

ϛ. Anaphora Matthaei pastoris, fol. 56.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܬܝ ܪܥܝܐ ܗܘ ܕܐܬܩܪܝ ܗܪܡܐ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܝܢ ܀ Anaphora Matthaei pastoris, qui etiam Hermas[c], qui fuit e septuaginta.

ζ. Anaphora S. Xysti, fol. 62.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ ܩܣܘܤܛܘܤ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܪܗܘܡܝ ܀ Anaphora S. Xysti patriarchae Romani.

η. Anaphora Dionysii Barsalibaei, fol. 66.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܕܝܘܢܘܤܝܘܤ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܐܡܝܕ. ܗܘ ܕܝܥܩܘܒ ܒܪܨܠܝܒܝ ܀ Anaphora S. Mar Dionysii, urbis Amidae metropolitani, qui etiam Jacobus Barsalibaeus. Ad finem ܫܘܠܡܐ, *absolutio* sive conclusio liturgiae, metro dodecasyllabo.

θ. Anaphora Ignatii Mardensis, fol. 71.

Tit. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܐܝܓܢܛܝܘܤ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܪܕܝܢ ܀ Anaphora patris nostri Mar Ignatii [ܐܝܓܢܐܛܝܘܤ] patriarchae Mardensis[d].

ι. Anaphora Joannis Bar-Maadani, fol. 83.

Tit. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ. ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܕܒܪ ܡܥܕܢܝ ܀ Sequitur anaphora Mar Joannis patriarchae, qui etiam Bar-Maadani. Ad calc. commemoratum est nomen scriptoris Jarib, ܝܪܝܒ, et in usum ecclesiae Deiparae in urbe Halebo scriptum esse codicem, ܐܫܬܠܡܬ ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܒܚܠܒ ܒܫܢܬ ܐܨܠܕ ܒܐܕܪ ܝܪܚܐ, anno Graecorum 1934, in mense Adar.

ια. Anaphora Jacobi Sarugensis, fol. 93.

Tit. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ. ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܐܦܝܤܩܘܦܐ ܕܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ ܀ Sequitur anaphora Mar Jacobi doctoris, episcopi Batnarum Sarugi.

ιβ. Anaphora S. Ignatii Theophori, fol. 105.

Tit. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܐܝܓܢܐܛܝܘܤ ܢܘܪܢܐ ܀ Sequitur anaphora S. Mar Ignatii Ignei.

ιγ. Anaphora S. Maruthae, fol. 118.

Tit. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕ. ܡܪܝ. ܡܪܘܬܐ ܕܬܓܪܝܬ ܗܘ ܩܬܘܠܝܩܐ ܕܡܕܢܚܐ Sequitur anaphora S. Mar Maruthae, Tacritensis, et Orientis Catholici.

ιδ. Anaphora Mosis Bar Cephae, fol. 127.

Tit. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ. ܣܘܝܪܐ ܗܘ ܕܡܘܫܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܀ Sequitur anaphora S. Mar Severi qui alias Moses

[c] De hoc Herma, urbis Hasasae episcopo, ܐܦܝܤܩܘܦܐ ܕܚܨܨܘܢ, cf. Cod. Vat. Cat. ii. 229, 234, 241.

[d] Scriptam esse anno Gr. 1615, C. 1304 adfirmat Assem. Cod. Vat. Cat. ii. 236. Ad calc. vocatur ܒܪ ܘܗܝܒ ܗܘ ܕܒܕܪ ܙܘܟܐ Bar Vahib qui etiam Bedr-Zoche.

Bar Cepha. Ad calc. Oratio tempore sacrae coenae post hostiam elevatam pro aegrotis et tristibus recitanda, Carshunice, cujus tit. [illegible]

ιε. Anaphora Jacobi Baradaei, fol. 138.

Tit. [illegible] Anaphora S. Mar Jacobi Baradaei[a] e coenobio Phasilta.

4. Absolutiones, fol. 146.

a. Absolutio metro Ephraimi, [illegible], ibid. *β*. Item metro Jacobi [illegible], fol. 149. *γ*. It. Arabice, [illegible], fol. 151. *δ*. Absolutio missae a presbytero Abdalmessia, cognomine Bar Shadad, metro Jacobi, [illegible], fol. 154.

5. Brevis enumeratio rerum quae in vita Jesu Christi commemorandae sunt: necnon eorum quorum nomina in sacra coena secundum fastorum ordinem recitantur, fol. 155.

6. Oratio pro ecclesia quae ab haereticis vel ethnicis profanata sit, [illegible] [ܡܢ] [illegible], fol. 156.

Colophon Carshunice; [illegible] Laus, adoratio, et honos Patri et Filio et Spiritui Sancto, Deo uni, qui perfectione et decreto suo ad finem hunc sacrum librum Anaphorarum perduxit, mysteriorum et vitae plenum, necnon animis fidelium salutis, anno 1934 Graecorum, in sancto jejunio quadragesimali, die hebdomadis miraculorum quarto, florentibus patriarcha insigni Mar Ignatio, qui etiam Petrus [l. [illegible]] Hodaïe Allah, et metropolitano Constantio, qui hoc in anno sedem in ecclesiae dñae habuit (enthronizatus est?); Deus dies ejus utpote principis Syrorum producat, ut dies multi sint et anni extenti, propter eos quorum pignae sunt preces quae accipiantur, Dñam Deiparam et caeteros sanctos, Amen. Scri-

[a] Sic reddunt Syri cognomen Jacobi Arabicum البرادعي, quod coryphaeus ille monophysitarum gerebat, quia veste e centonibus dorsualibus, quales jumentis insternuntur, Ar. بردعة, facta, uteretur.

ptus est autem manu vilissimi et ignobilissimi et turpissimi servorum Dei, peccatoris infirmi, e viis Dei depulsi, Jarib, nomine presbyteri, reapse peccatoris, a nomine quo vocatur remoti. Scripsit autem pro ecclesia dominae in urbe Halebo, ut eo in sacra coena consecranda uterentur, et misericordiam orarent[f] pro patre meo Esaia Hierosolymitano, et matre Mardisha, et familia [البيت] resurrectionis, h. e. Christianis, qui e provincia Mardensi sunt, et pago sive castello quod Mansuriae nomen gerit. Datus est autem ecclesiae dominae Halebi, et simul omnes patres et sacerdotes oramus, ut si dum in consecranda eo utantur, aliquem errorem inveniant, eum corrigant; sic vitas eorum prosperas reddat Deus, et meritas mercedes ab eo accipiant. Peccator tamen ille qui hunc sacrum librum exaravit, minime dignus fuit cujus manus in eo scriberet, sed necessitas e nimio otio ne mens occupatione careret, eum ad opus coegit.

In fine alia addita est absolutio, ܚܘܣܝܐ, fol. 157. [Poc. 85.]

67.

Codex chartaceus in quarto ff. 57 constans, charactere simplici adpositis punctis, ineunte saeculo decimo nono, scriptus. Insunt;

Anaphorae in usum Syrorum Jacobitarum in agro Malabarico[g].

1. Anaphora, fol. 2.

Titulus nullus exstat, sed verba, quibuscum incipit, sunt, ܒܥܘܕܪܢܗ ܕܐܠܗܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܛܟܣܐ ܕܩܕܡ ܩܘܪܒܐ, Auxilio Dei scribere adgredior ordinem ante oblationem. Ad calc. ܫܠܡ ܩܘܪܒܐ ܕܝܥܩܘܒ Explicit liturgia Jacobi[h].

2. Anaphora Mar Joannis evangelistae, ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ, fol. 26.

3. Anaphora Marci praedicatoris, ܕܡܪܩܘܣ ܟܪܘܙܐ, fol. 34.

4. Anaphora Joannis episcopi Hharranensis, ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܝܘܚܢܢ ܕܚܪܢ, fol. 42[i].

5. Prooemium et sedra in liturgiam, ܦܪܘܡܝܘܢ ܘܣܕܪܐ, fol. 46.

6. Oratio super altare, ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܡܕܒܚܐ, fol. 55. [Bod. Or. 626.]

68.

Codex partim bombycinus, partim chartaceus, in quarto, ff. 184 constans, e tribus charactere simplici codicibus confectus, quorum recentior, A. C. 1493, exscriptus est. Insunt;

Pontificale Jacobitarum; et Bar-Hebraei Ethicorum fragmentum.

I. 1. Homilia apta quae in sacerdotum consecratione recitetur, quam ex libris doctorum vertit patriarcha Behenam[a], Car-

---

[f] Ne oblivisceerentur, passim in margine sacerdotes ut pro eo et parentibus ejus orarent, monuit in hunc modum; ܐܬܕܟܪܘ ܐܘ ܟܗܢܐ ܕܐܠܗܐ ܠܚܛܝܐ ܕܟܬܒ ܘܠܐܒܗܘܗܝ ܘܠܐܚܘܗܝ ܀

[g] In folio secundo haec inscriptio exstat: Procured from Abraham Malpan, Syriac professor in the C. M. S. Syrian College, Cotyam, Travancore.

(*Signed*) W. Topley Humphrey.

Presented to the Reverend W. H. Mill, D. D; 4th Sunday in Advent, 1840.

[h] Quamvis nomen fert Jacobi, liturgiae ejus penitus dissimilis est, et illi propior accedit, quam Renaudotius, Lit. Or. ii. 12—29, *Alium ordinem generalem Liturgiae* vocat. Multa tamen omisit, et sunt quae scriptor ejus addiderit, praesertim ex initio *Primi ordinis gen. liturgiae*, ib. p. 1.—Caeterae anaphorae, praeterquam quod prooemia et sedras praefixas habent, ab eorum liturgiis, quorum nomen ferunt, haud ita multum discrepant.

[i] Omnes quae in nostris codicibus liturgiae exstant, Latine versae inveniantur in Renaudotii Lit. Orient. Coll. vol. ii. praeter hanc Joannis Hharranensis Anaphoram.

[a] Behenam Hedlensis, Cartaminensis monasterii asceta, adsumpto Basilii nomine, Mafrianus Orientis consecratus est, A. C. 1404; et postea A. C. 1412 patriarcha Jacobitarum, ex

shunice, ܬܪܬܝܒ ܠܟܠ ܡܥܡܕ ܐܠܡܣܝܚܝܗ ܐܠܬܝ ܐܠܟܗܢܘܬܝܗ ܝܬܠܘܗܐ ܟܠܗܢ ܡܥܡܪ, fol. 7.

2. Confessio fidei, sive admonitio, quam coram presbyteris et diaconis jam ordinandis recitabit episcopus, Carsh., ܬܥܠܝܡ ܐܠܐܒ ܐܠܐܣܩܦ ܐܠܩܕܝܣ ܐܠܐܢ ܐܠܥܩܒܐ ܘܝܘܥܙ. ܢܚܢ ܘܢܥܬܪܦ ܐܠܩܡܝܣܐ ܘܐܠܫܡܡܣܐ ܐܢ ܝܩܪܐ ܥܠܝܗܡ ܐܠܐܣܩܦ ܐܠܡܟܪܣ ܘܐܠܐܒܬܕܐܝܗ ܡܢ ܗܢܐ ܡܬܝ ܝܩܝܡܘܢ, fol. 11[b]. Hanc fidei confessionem candidatos etiam profiteri jubet rubrica, fol. 19; et postea episcopus haereticorum nomina, qui anathematizati sunt, pronuntiat, fol. 20. Plerumque eadem sunt ac quae in Cod. Vat. Cat. ii. 317 descripta exstant. Postea celebratur sacra coena, quam excipit altera admonitio, fol. 22.

3. Prooemium et sedra in sacram coenam a Timotheo, Davidis patriarchae fratre, compositum, Syriace, ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܐܡܝܪ ܠܬܝܡܘܬܐܘܣ ܐܚܘܗܝ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܘܝܕ, fol. 25.

4. Anaphora ex sanctis patribus[c] collecta a Mar Joanne patriarcha, qui et Bar-Vehebun, Syriace, ܩܘܪܒܐ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܢ ܩܕܝܫܐ ܐܒܗܬܐ ܡܟܢܫܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܗܘ ܕܒܪ ܘܗܒܘܢ, fol. 29. Fol. 36 chartaceum est et recentiore manu.

5. Ordo consecrationis divini chrismatis, Syr., ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܡܘܪܘܢ ܐܠܗܝܐ, fol. 43. Ff. 44—110 bombycina sunt, et vetustiora. Ad calc. ܟܠ ܕܩܪܐ ܘܡܘܬܪ ܢܨܠܐ ܥܠ ܒܣܝܠܝܘܣ ܟܪܝܗܐ ܕܡܕܢܚܐ ܗܘ ܕܟܢܫ ܘܛܟܣ ܘܟܬܒ ܘܕܡܨܠܐ ܐܦ ܗܘ ܢܫܟܚ ܪܚܡܐ ⁘ Qui in hunc librum incidat et legat et commoda ex eo percipiat, oret pro Basilio infirmo Orientis, qui collegit, et disposuit, et scripsit: qui autem orat, ipse etiam gratiam adipiscatur. —Si, ut opinor, Basilius ܟܪܝܗܐ ܕܡܕܢܚܐ, ille Basilius Behenam est ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ, qui etiam Anaphoram composuit, cf. Cod. Vat. Cat. ii. 236, et homiliam de qua supra, scriptus esset hic ordo ante A. C. 1412, quo anno patriarcha creatus, nomen Basilii deposuit.

6. Fidei Jacobiticae confessio, Carshun., fol. 88.

Tit. ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܘܢܟܬܒ ܐܠܐܥܬܪܐܦ ܐܠܕܝ ܘܨܥܗ ܡܪ ܝܥܩܘܒ ܡܝܦܪܩܝܢ ܐܠܬܝ ܗܝ ܐܠܫܗܕܐ ܐܠܡܛܪܐܢ ܥܠܝ ܐܠܕܝܢ ܝܪܬܩܘܢ ܐܠܝ ܕܪܓܗ ܐܠܟܗܢܘܬ ܘܗܡ ܡܚܬܐܓܝܢ ܠܐܣܬܡܐܥܗܐ ܘܚܦܛܗܐ ܘܡܐ ܗܘ ܡܘܨܐ ܦܝܗܐ ⁘ Auxilio Dei scribere adgredimur Homologiam, quam Mar Jacobus, Maipheractae, quae etiam Martyropolis, in Mesopotamia metropolitanus, iis, qui ad sacerdotii gradum evehendi sunt, constituit, ut necessariam quam audirent, et quae illis in ea praecepta sunt, memoria tenerent.

7. Ordo chirotoniae diaconorum[d], Syr.,

---

quo tempore Ignatius adpellatus est. Le Quien, Or. Christ. ii. 1400, Cod. Vat. Cat. ii. 236. Plura de eo videas ap. Assem. B. O. ii. 213—216.

[b] Supra titulum duo sigilla sunt, quae saepe alias in hoc codice occurrunt, nomen *Athanasii, throni apostolici*, h. e. Antiochiae *custodis*, ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܢܛܘܪܐ ܕܬܪܘܢܘܣ ܫܠܝܚܝܐ, circa exhibentia, et in medio, quantum legere possum يشوع بن حنا, *Jesus Ibn Joannis*, quod forte nomen ante fuit Athanasii quam patriarcha creatus est. Inter haec sigilla manu scriptum exstat, ܒܫܡ ܐܝܬܝܐ ܡܚܝܕ ܟܠ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܡܚܝܠܐ *In nomine existentiae aeternae omnipotentis Athanasius infirmus.*

[c] In margine patrum nomina adscripta ex quorum liturgiis singulae partes desumptae sunt, sc. Philoxenus, Jacobus Batnarum, sive Sarugensis, Jacobus frater Dñi nostri, Cyrillus, Ignatius Theophorus, Duodecim apostoli, Thomas Hharklensis, Lazarus Bar Sabta, qui etiam Lazarus Bagdadensis, Dionysius, Julius, Dioscorus, Joannes, et Gregorius Theologus.

[d] Et in initio et in fine hujus officii commemoratur monachus Joannes Mansuriensis, راهب ايوانيس المنصوري ut qui inspexerat et etiam A. C. 1512 hunc ordinem venia patriarchae Jacobi exscripserat, نسخه مشان بطرك يعقوب سنة الف وثمانماية وثلاثة وعشرين. Qui tamen fuerit ille Jacobus difficile dictu est: Ignatius xiv enim, qui etiam Jacobus Damascenus, vix A.C. 1512 sedem occupasset.

ܫܠܡ ܒܗ ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܢ ܥܠ ܡܥܢܝܢ ܠܡܬܒܥ ܣܝܡܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗ ܕܡܫܡܫܢܐ ܡܢ ܚܢܢܝܐ, fol. 91.

8. Ordo chirotoniae presbyterorum, Syr., ܫܠܡ ܡܥܢܝܢ ܠܡܬܒܥ ܣܝܡܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ ܕܩܫܝܫܐ, fol. 102. Excerptum est evangelium ex versione Hharklensi.

9. Ordo indutionis vestitus monastici, Syr., fol. 116.

Tit. ܫܠܡ ܣܝܡܐ ܕܬܘܠܒܫܐ ܕܕܝܪܝܘܬܐ. ܕܗܘܝ ܐܦ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܐܝܬܘ̄ ܘܡܬܟܢܝܐ ܒܫܡܐ ܘܠܘ ܠܐ ܠܫܡܐ ܐܝܬ ܡܫܝܓ ܓܝܪ ܘܡܕܟܐ ܠܢܦܫܐ ܡܢ ܨܘܚ̈ܝܐ ܘܡܘܡ̈ܬܐ ܟܣ̈ܝܬܐ ܘܓܠ̈ܝܬܐ ܀ Sequitur ordo investiturae monachatus, quae etiam baptismus est: sed nomen metaphorice haud tamen improprie gerit. Abluit enim et purgat animam e sordibus et maculis tam occultis quam manifestis. Insunt in hoc ordine hymni in sanctum Epiphaniae festum a Said Bar Sabuni, urbis Meletinae episcopo, ܣܥܝܕ ܒܪ ܨܒܘܢܝ ܗܘ̇ ܕܐܬܬܣܝܡ ܠܡܠܝܛܝܢܐ, in tono octoechi secundo scripti, baptismum Dñi celebrantes, qua de causa apti sunt, qui in officiis habitus monastici impositionis, ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܐܣܟܝܡܐ ܕܝܪ̈ܝܐ, recitentur. Ad calc. صلوا علي افريم الخاطي الذي حدد هذا الكتاب الموسمي كتاب السيامىد في سنه اقد لسكندر اليونان وايضا كلمن يقرا في هذا الكتاب يترحم علي نفس الكاتب الحقير افريم الفير مسمي راهب وقس وهو بعيد من الفعل الرجا منكم ان لا تنسوني من الدعا والطلبه والتخضع لان علي قلوب الرحومين تحل الرحمه . والحمد لله دايما امين. Orate pro Ephraimo peccatore, qui hunc librum, cujus nomen est Liber manuum impositionis, anno Alexandri Graeci 1804, C. 1493, ad finem perduxit. Quinetiam quicunque hunc librum legerit, misericordiam oret pro anima scribae vilissimi Ephraimi Elfayir, quod ad nomen attinet monachi et presbyteri, e facto autem longe remoti. Vos autem obsecro, ut in precando et orando et vosmet humiliando, mei non obliti sitis. Cordibus enim clementibus apta est misericordia. Deo autem laus in saecula, Amen.

10. Transcriptio pacti cujusdam, A. Gr. 1887, C. 1576, Carsh., fol. 147.

11. Oratio, quum ecclesia quae polluta sit restauretur, recitanda, fol. 148.

12. Formula patres accipiendi, et cum pompa ad ecclesiam deducendi, ܡܩܒܠܢܘܬܐ ܘܡܣܝܥܢܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ, fol. 149. Apta est solum ad patriarcham in visitatione ejus accipiendum, quem etiam sub nomine Ignatii, quod omnes ex more gerebant, compellit.

II. Ethicorum Bar-Hebraei fragmentum, Carsh. alia manu, et casu tantum una cum Pontificali compactum. Quae exstant sunt;

1. Sectio quinta capitis noni libri primi, de meditatione quae mentem occupare debeat in locis sanctis Hierosolymorum, النصل الخامس في هديان الذهن في اماكن اورشلم, fol. 150. Ad calc. ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܕܐܝܬܝܩܘܢ ܕܥܠ ܬܘܪܨܐ ܕܙܘ̈ܥܐ ܕܓܘܫܡܢܐ ܦܓܪܢܝܐ ܘܠܐܠܗܐ ܫܘ̄ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܀ Explicit. liber primus Ethicorum de motibus bene ordinandis in corporis exercitatione.

2. Liber secundus de rectitudine morum in iis rebus quae ad corporis sustentationem spectant, ܡܐܡܪܐ ܬܪܝܢܐ ܥܠ ܬܘܪܨܐ ܕܝܘܒܠܐ ܦܓܪܢܝܐ, ibid. Exstant capita quinque, *a*. ܥܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܘܡܫܬܝܐ, de cibo et potu. *β*. في نكاح الناموس de connubio legitimo, fol. 158. *γ*. في طهارة الجسد de corporis puritate, fol. 166. *δ*. في سياسات القامات وتربيتها de regulatione et educatione diversarum aetatum, fol. 175. *ε*. في عمل الايادي de manuum labore, fol. 179.

Notatu dignum est quod per multos annos nomina eorum, qui impositionem ma-

nuum acceperint, ubicunque folium a scriptura planum exstiterit, in hoc codice descripta sunt. Horum nominum plena sunt septem priora folia, et prima quae exstat inscriptio hujusmodi est; ✠ [Syriac] ✠ Ordinavit Spiritus Sanctus diaconum Petrum ut esset presbyter ad altare Mar Asiae in Mansuria die primo ([Syriac]) anni Gr. 1884, C. 1573. Deinde ✠ [Syriac] ✠ Ordinavit Spiritus Sanctus monachum Abd'allah ut esset presbyter (coenobio) Cathedrae, die supradicto. Et postea, ✠ [Syriac] Eodem die ordinavit Spiritus Sanctus monachum 'Aziz ut esset diaconus coenobio Claustri. Eodem anno ordinati sunt diaconus ad altare Mar Jacobi in urbe Benebil, quatuor alii diaconi eidem ecclesiae [Syriac], et diaconus coenobio Cathedrae [Syriac]: necnon plenilunio Septembris quinque diaconi ecclesiae S. Stephani in urbe Clepensi, [Syriac]. In eodem folio presbyter unus et diaconus unus A. Gr. 1885 ordinati sunt, et anno sequente duo presbyteri et quatuor diaconi. Sed in fol. verso aliae sunt ordinationes iterum ad A. Gr. 1884 pertinentes, sc. presbyteri Thomae ad ecclesiam S. Jacobi in urbe Benebil, et monachi Jesu, ut esset presbyter in coenobio Cathedrae, [Syriac]. Et postea, ✠ [Syriac] ⁘ Ordinavit Spiritus Sanctus monachum 'Aziz ut esset presbyter coenobii Deiparae in ecclesia Mar Asiae die dominica exeuntis Thamuz, A. Gr. 1885. Deus eum perfectum reddat: et ✠ [Syriac] ⁘ Ordinavit Spiritus Sanctus diaconum Josephum ut esset presbyter ecclesiae Mar Theodori in castris benedictis Kosur die primo Elul, A. Gr. 1885. Deus eum perfectum reddat, immo, Amen. Simili modo plus quam quadringentae ordinationes in his septem foliis descriptae sunt, quarum ultima, quae anni notam gerit, hujusmodi est; ✠ [Syriac] ⁘ Ordinavit Spiritus Sanctus diaconum Marboh, ut esset presbyter ecclesiae Mar Joannis in urbe Kelat die 13 Elul, A. Gr. 1901, C. 1590.

Aliae inscriptiones in fol. 10vo exstant, quarum prima est, ✠ [Syriac] ⁘ Ordinavit Spiritus Sanctus diaconum Thomam ut esset presbyter ecclesiae sanctae Mar Thomae in Castris Kotarchel, A. Gr. 1939, C. 1628: et ultima, ✠ [Syriac] ⁘ Ordinavit Spiritus Sanctus diaconum Abdalmessiam ut esset presbyter ecclesiae sanctae Deiparae in urbe munita Amid, die jejunii apostolorum, festi scilicet SS. Mar Petri et Pauli—Deus ita cum eo agat ut perfectus fiat—Anno Gr. 1944, C. 1633.

Aliae hujusmodi inscriptiones ex anno Gr. 1902 ad 1932 exstant in fol. 24vo; et in tribus ad finem foliis sursum deorsum scriptis, ubi anni commemorati sunt Gr. 1947—

1987, C. 1636—1676. Ex his quae exscriptu dignissima sit in fol. secundo exstat, [Syriac text]

Ordinavit Spiritus Sanctus Joannem ut esset diaconus ecclesiae Mar Petri et Pauli per manus meas Gregorii[e] Aeliani (?) Metropolitani Hierosolymorum A. Gr. 1985.

Praeterea in fol. 149 duae sunt notitiae de episcopis consecratis, quarum prior;

[Syriac text]

Ignatio infirmo patriarcha.

Ordinavit Spiritus Sanctus presbyterum Mennam ut esset episcopus sancti coenobii et cathedrae gloriosae Mar Abae martyris illustris et coronae victricium athletarum, pastorque paterque gregis benedictae Tyri et regionis circumjacentis creatus est. Sit beatus et benedictus, immo et Amen. Haec facta sunt die dominica quinta jejunii salutaris, A. Gr. 1887, C. 1576, horum patrum beneficentia;

Mafriani Pilati.

Timothei, cathedrae custodis.

Episcopi Amidae, qui Metropolitanus Pharjallah.

Episcopi Gargarae, qui Hassan.

Episcopi Hatachae, qui [Eleazar?].

Episcopi Joannis Hierosolymitani.

Altera autem, manu diversa; [Syriac text]

Ordinavit Spiritus Sanctus magistrum nostrum Caesarem, ut esset metropolitanus Amidae, urbis munitae, et regionis circumjacentis, ad eam circumspecte et diligenter gubernandam secundum canones synodicos et regulas apostolicas, die dominica quinta jejunii dominici. Deus perfectum eum reddat in omnibus rebus secundis, immo et Amen. Beneficentia patrum episcoporum, quorum primus fuit Metropolitanus Gargarae, qui est Michael: et Tyri episcopi qui est Eleazar: et Nataphae episcopi, qui est Bibianus: et [coenobii] Mar Gabrielis episcopi, qui est Stephanus: et sacerdotum et diaconorum et monachorum, qui numero fuerint plus quam centum, haec facta sunt, A. G. 1938, C. 1627.

Denique in fol. 11 commemoratur venditio hujus libri a Simeone diacono ad Patriarcham Abdallah Georgium, A. Gr. 1964, C. 1653. De pretio nihil. [HUNT. 444.]

[e] Idem forte Gregorius est, quem Le Quien, Or. Christ. ii. 1446, sedem Hierosolymorum ad finem saeculi decimi septimi occupasse dicit: sed omnes ejus ecclesiae episcopos nomen Gregorii in sua consecratione sibi adsumpsisse testatur Naironus in Euoplia, i. c. 2, p. 46.

69.

Codex chartaceus in quarto, ff. 124 constans, saeculi decimi noni, charactere simplici luculenter exaratus. Inest;

Pontificale Syrorum Jacobitarum in agro Malabarico [a].

1. Confessio fidei ab episcopo coram iis recitanda qui nuper in gradum diaconorum vel presbyterorum evecti sunt, fol. 1.

Tit. ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܟܬܒܝܢܢ ܐܘܡܠܘܓܝܐ ܗܢܐ ܕܐܘܕܝ، ܘܬܚܡ ܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܕܡܝܦܪܩܛ ܡܕܝܢܬܐ ܕܣܗܕܐ ܕܬܬܩܪܐ ܥܠ ܡܫܡܫܢܐ ܘܩܫܝܫܐ ܕܗܐ ܐܬܬܣܝܡܘ ܚܕܬܐܝܬ ܡܛܠ ܕܢܫܡܥܘܢ ܥܠ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܢ ܦܘܩܕܢܐ ܘܢܛܪܘܢ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti scribimus confessionem, quam confessus est et definivit Jacobus Metropolita Maipheractae sive Martyropoleos, ut coram diaconis et presbyteris nuper ordinatis recitaretur, eo ut quae in eo jussa sint, sciant et observent.

2. Psalmi cv, xv, lxi, ita dispositi ut in ordinatione lectoris, hypodiaconi, psaltae recitandi sunt; *α*. ܡܙܡܘܪܐ ܕܩܗ. ܕܡܬܐܡܪ ܒܣܝܡܝܕܐ ܕܩܪܘܝܐ; *β*. ܡܙܡܘܪܐ ܕܝܗ ܕܥܠ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ; *γ*. ܡܙܡܘܪܐ ܕܣܐ ܕܥܠ ܦܣܠܛܐ ܐܝܟܢܐ ܕܩܦ̈ܠܐܘܢ ܐܘܟܝܬ ܡܙܡܘܪ̈ܐ, fol. 6.

3. Ordinatio lectoris, fol. 8.

Tit. ܥܠ ܫܠܡܐ ܕܡܪܢ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܣܝܡܝܕܐ ܕܟܠ ܡܢ ܕܪ̈ܓܐ ܒܝܘܡܐ ܕܠܝܬ ܒܗ ܩܘܪܒܐ. ܣܝܡܝܕܐ ܩܕܡܝܐ ܕܩܪܘܝܐ ܀ Ope Dñi nostri scribere adgredimur ordinationem gradus cujuscumque, ei diei aptam quo sacra coena non celebratur. Ordinatio prima lectoris. Ad calc. variae sequuntur rubricae, sc. Quod exorcistae, ܡܫܒܥ̈ܢܐ, nullam manuum impositionem accipiant, sed solo jussu episcopi creantur. Quod psaltis, hypodiaconis, lectoribus, et exorcistis orarium gerere non liceat, nisi qui hypodiaconi ostia ecclesiae, dum sacra coena celebratur, custodiant. De vocibus quae in officio mutandae sunt, quum hypodiaconus, vel psaltes impositionem manuum accipiat.

4. Chirotonia diaconorum, fol. 11.

Tit. ܒܝܕ ܐܠܗܐ ܡܚܝܠܢܐ ܕܡܚܝ̈ܠܐ ܟܬܒܝܢܢ ܠܛܟܣܐ ܕܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܡܫܡܫ̈ܢܐ ܀ Ope Dei qui infirmos confirmat scribimus ordinem Chirotoniae diaconorum. In margine variae rubricae de vocibus quae in hoc ordine mutandae sunt quum presbyter ordinandus est.

5. Ordo archidiaconi, fol. 25.

Tit. ܒܗ ܠܐܠܗܐ ܐܩܪܐ ܠܐܠܗܐ ܕܡܚܝܠܘܬܝ، ܥܕܪܐ ܐܢܐ ܕܐܬܟܬܒ ܠܛܟܣܐ ܕܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ ܀ Adjumentum Dei invoco ut meae infirmitati auxilio sit dum ordinem archidiaconi scribam.

6. Ordinatio presbyterorum, fol. 30.

Tit. ܒܗ ܥܠ ܐܗܝܐ ܫܪ ܐܗܝܐ ܐܠܫܕܝ، ܨܒܐܘܬ ܚܝ̄ܠܐ ܬܩܝܦܐ ܐܝܢ ܒܗ ܠܘ ܐܠܐ ܡܣܬܡܟܢܐ ܢܟܝܦܘܬܝ، ܡܬܬܟܠܢܐ ܐܢܐ ܒܐܢܚܬܐ ܕܢܩܘܫܐ ܗܢܐ ܒܐܠܗܐ ܕܢܬܟܬܒ ܠܛܟܣܐ ܒܝܘܠܦܢܐ. ܐܘܟܝܬ ܡܬܬܦܪܣܢܘܬ ܡܩܒܠܐ ܠܫܘܠܡܐ ܠܟܠܗ ܢܝܫܐ ܒܠܝܛܘܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܠܗܕܐ ܘܡܫܪܝܢܘܬܐ ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܕܟܠ ܚܣܝܪܘܬܐ ܀ In Ahyo Shar Ahyo El Shadai Zebaoth [b], Robur fortissimum, immo, alias enim nequirem, infirmitatem meam inniti faciens, cum gemitu supplicor, ut per gratiam divinam, cujus est ortus et incrementum et cujuscumque defectus supplementum, hoc quod in Deo pollicitus sum, nempe ut ordinem Chirotoniae, sive Ordi-

[a] In initio manu Humphrey scriptum exstat; Procured from a Catanar of Mavelikkara church, Travancore, through Marcus Catanar. W. Topley Humphrey. Et postea; Presented to the Reverend W. H. Mill, D. D., this 4th Sunday in Advent, in the year of grace, 1840—1. Denique manu ipsius Mill; Forms of Ordination given me by the Rev. W. T. Humphrey, late Missionary in Travancore.

[b] Respiciunt haec verba nomina Dei sanctissima, אהיה אשר אהיה אל שדי צבאות, Ex. iii. 14; vi. 3.

nationis presbyteri exscriberem ad bonum exitum perveniat. Ad calc. ܨܠܘ ܥܠ ܥܒܕܐ ܟܪܝܗܐ ܘܚܛܝܐ ܒܫܡ ܦܫܝܛܐ ܠܛܝܒܘܬܗ ܐܠܗܐ ܀ Orate pro servo infirmo et peccatore, nomine presbytero, [per] Dei gratiam.

7. Encaenia ecclesiae, fol. 47.

Tit. ܬܘܒ ܛܟܣܐ ܕܚܘܕܬ ܥܕܬܐ ܐܦ ܨܠܘܬܐ ܘܚܘܣܝܐ ܕܥܠ ܡܕܒܚܐ ܘܥܕܬܐ ܕܡܬܛܘܫܝܢ ܡܢ ܐܪ̈ܛܝܩܘ ܘܡܢ ܚܢ̈ܦܐ. ܐܘ ܒܐܝܢܐ ܙܢܐ ܕܗܘܐ ܢܛܘܫ ܘܗܘܐ ܒܗ ܣܘܪܚܢܐ ܡܕܡ ܠܐ ܢܦܩܐ ܀ Sequitur ordo encaeniorum ecclesiae: necnon oratio et expiatio altaris vel ecclesiae, quae ab haereticis vel ethnicis, vel alio quocumque modo polluta sit, et in qua res aliqua nefasta acciderit.

8. Consecratio olei, fol. 58.

Tit. ܬܘܒ ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܡܫܚܐ ܕܒܗ ܡܬܡܫܚܝܢ ܥܡ̈ܕܐ ܩܕܡ ܡܫܘܚܬܐ ܕܠܐܘܢܐ ܕܡܥܡܘܕܝܬܐ ܀ Sequitur ordo consecrationis olei, quo prius unguuntur baptizati quam in baptismatis lavacrum descendunt. In fol. 60 distinguuntur *chrisma*, ܡܘܪܘܢ, et *oleum simplex*, ܡܫܚܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ. Hoc enim prius catachumeni quam baptizantur; illo non nisi baptizati, unguuntur.

9. Chirotonia patriarcharum, metropolitanorum, maphrianorum, et episcoporum, fol. 62.

Tit. ܒܫܡ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܡܥܕܪܢܐ ܕܫܘܒܚܐ ܣܓܝܕܐ. ܐܝܬܝܐ ܡܬܘܡܝܐ ܐܠܨܝܐ ܐܬܬܘܬܐ ܠܡܪܘܬܐ [l. ܠܡܪܘܬܐ] ܢܥܒܕܘܬܝ, ܟܪܝܗܐ ܘܚܛܝܐ ܐܢܐ ܡܫܟܢܐ ܐܢܐ ܠܡܬܦܪܢܣܘ ܛܟܣܐ ܡܫܠܡܢܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܡܫܡܠܝܐ ܕܟܠܗ ܟܗܢܘܬܐ ܕܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܐܠܗܢܝܬܐ ܕܢܨܚܐ ܡܘܗܒܬܐ. ܘܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܓܒ̈ܝܐ ܕܒܗ ܡܬܪ̈ܡܝܢ ܠܪܘܡܐ ܡܬܥܠܝܢܐ ܕܪܝܫܢܘܬܐ. ܘܟܠ ܡܝܛܪܘܦܘܠܝܛܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܦܪ̈ܝܢܐ ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܡܝܩܪܐ ܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܕܦܛܪܝܪ̈ܟܐ ܡܫܒ̈ܚܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܡܬܩܕܫܝܢ ܠܦܘܬ ܕܪ̈ܓܝܗܘܢ ܀ Deum adjutorem, gloriae adorandae, perpetuum, aeternum, necessario existentem, ut meae infirmitati auxilio sit cum gemitu invocans, scribere adgredior ordinem superiorem Chirotoniae, quae propter integrum perfectumque summi in Spiritu Sancto et deificante sacerdotii donum gloria enitet, quippe qua patriarchae electi in summum excelsitatis ordinem evehuntur; qua etiam metropolitani gloriosi, et maphriani, et episcopi reverendi manibus patriarcharum gloriosorum et sanctorum secundum gradus suos consecrantur. Ad calc. ܨܠܘܬܐ ܕܡܬܬܐܡܪܐ ܥܠ ܟܗܢܐ ܕܐܬܬܟܠܝ ܡܢ ܟܗܢܘܬܗ ܀ Oratio quae super sacerdotem qui e sacerdotio suo interdictus sit, recitatur, sc. quum ad gradum suum restituitur.

10. Consecratio altaris, fol. 97.

Tit. ܬܘܒ ܐܩܘܠܘܬܝܐ ܐܘܟܝܬ ܢܘܣܦܬܐ ܐܘ ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܕܒܚܐ ܐܘܟܝܬ ܠܛܒܠܝܬܐ ܕܥܠ [[c] ܦܬܘܪܐ] ܀ Sequitur ἀκολουθία sive appendix, quae Ordo est consecrationis altaris, seu tabularum quae super mensam ponuntur. Addita est rubrica, ܡܬܩܕܫܝܢ ܠܛܒܠܝܬܐ ܗܠܝܢ ܒܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܕܐܪ̈ܙܐ. ܘܒܟܠܗܘܢ ܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܕܡܢ ܩܝܡܬܐ ܘܥܕܡܐ ܠܣܘܠܩܐ ܀ ܡܬܥܒܕܝܢ ܠܛܒܠܝܬܐ ܡܢ ܩܝܣܐ ܓܒ̈ܝܐ ܐܘܟܝܬ ܕܦ̈ܐ ܫ̈ܦܝܪܐ ܐܘ ܡܢ ܟܐܦܐ ܫܦܝܪܬܐ ܕܫܝܫܐ ܘܕܐܟܘܬܗ ܀ Fiat consecratio tabularum feria quinta hebdomadis mysteriorum, vel saltem aliqua feria quinta hebdomadum quae inter resurrectionem et adscensionem interveniunt. Conficiendae sunt tabulae de lignis selectis, hoc est, de asseribus optimis, vel etiam de lapide quodam optimo, qualis est marmor, et alii ejusmodi. Ad calc. ܫܠܡ ܐܦ ܠܛܟܣܐ ܗܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܡܫܬܟܠܠܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܠܗ ܒܝ̈ܕ ܗܘ ܀ ܟܬܒܗ ܡܢ ܡ̈ܘܬܐ ܕܫܪ̈ܝܪܐ ܠܛܘܒܐ ܕܣܘܡܟܐ ܟܠ ܥܒܕܐ ܚܛܝܐ. ܘܟܠ ܐܟܘ̈ܬܗ ܘܐܚ̈ܘܗܝ ܕܦܓܪ ܘܪܘܚ ܕܒܥܡܕܐ ܡܥܠܝܐ. ܠܡܪܢܗܘܢ ܐܒܘܗܝ ܘܒܪܗ ܘܪܘܚܗ.

[c] Addendum esse ܦܬܘܪܐ patet ex Cod. Vat. Cat. ii. 313.

ܕܡܢ ܟܠ ܕܠܝܬ ܡܢܗ. ܫܠܡ ܦܢ ܘܡܫܡܠܝܬܐ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܠܦ ܢܩܝܦ. ܐܢܬܘܢ ܐܚ̈ܝ ܘܡܚܒ̈ܝ. ܚܘܒܐ ܨܠܘ ܠܝ. ܕܢܫܒܘܩ ܠܝ ܡܪܝܐ ܚܛܗ̈ܝ. ܘܢܚܣܐ ܚܠܘܦ ܚܘ̈ܒܝ ܀ Explicit. etiam hic ordo bene et perfecte sine ullo omnino defectu. Lectores oro ut orationem propitiatoriam obferant pro servo peccatore, et pro parentibus et fratribus ejus corporeis et spiritalibus, qui nomine presbyter est Georgius Zacharias, facto autem remotus, quippe qui omnis boni vacuus est praeter fidem Christianam cui adhaeret. Vos fratres et dilecti, orate pro me amoris ergo, ut Dñs peccatorum veniam mihi concedat, et omnes defectus meos abstergat.

[Bod. Or. 655.]

70.

Codex bombycinus in quarto, ff. 136 constans, in fine mutilus, ab Athanasio episcopo, A. C. 1555, charactere simplici exaratus. Inest Rituale Jacobitarum.

1. Fragmentum officii alicujus ad baptismum pertinentis: desunt titulus et ff. 1—10. Ad calc. rubrica, والكاهن يحمل الطفل علي دراعيه ويدخله الي البيعه مع والدته • Et postea, وهو برسم الشماس العزيز الشماس فطروس ابن المرحوم المعلم يعقوب الشهير بالحريري الرب يهنيه بيه امين • Exscriptus est diaconi illustris Petri gratia, fil. beate defuncti doctique Jacobi, mercatoris sericarii celebris; concedat ei Deus ut commoda ex eo legendo percipiat, Amen.—Idem fragmentum et rubrica in fol. 39 exstat, similisque de Petro diacono inscriptio in fol. 60, ubi Alepensis الحلبي vocatur.

2. Ordo baptismi, fol. 12.

Tit. ܚܠ ܬܟܠܡܝ ܐܠܛܩܣ ܐܠܐܠܗܝ ܠܐܥܛܐ ܐܠܟܠ. ܐܒܬܕܝ، ܝܐ ܐܒܬܕܝ ܒܬܐܒ ܡܥܡܘܕܝܗ ܠܬܪܬܝܒ ܐܠܡܥܠܡܝܢ ܐܠܝ، ܡܢ ܟܬܒܗ ܡܫܝܚܐ ܒܥܘܢ ܐܠܐܠܗ ܐܠܚܐܦܛ ܠܠܟܠܝܗ ܐܠܐܒܬܕܐ. ܘܐܠܬܠܡܝܕ ܠܠܡܥܠܡܝܢ ܐܠܩܕܝܣܝܢ. ܚܬܝ ܐܠܝ ܐܠܐܒ ܐܠܩܕܝܣ. ܡܪܝ ܣܘܝܪܐ ܒܛܪܝܪܟ ܐܢܛܐܟܝܗ ܘܣܘܪܝܐ. ܐܠܕܝ ܒܥܕ ܩܠܝܡܝܣ ܬܠܡܝܕ ܒܛܪܣ ܐܠܪܣܘܠ. ܘܢܩܠܗ ܡܢ ܐܠܝܘܢܐܢܝ ܐܠܣܘܪܝܐܢܝ ܐܠܐ ܐܠܡܥܐܨܪܗ. ܐܠܐܒ ܐܠܦܗܝܡ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܠܪܗܐܘܝ. ܘܩܪܪܗ ܐܠܐܒܐܬ ܦܛܐܠܣܐ ܐܠܐܒܐ ܐܠܡܥܠܡܝܢ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܐܒܢ ܐܠܥܒܪܝ. ܘܡܘܫܐ ܐܒܢ ܐܠܚܓܪ ܨܠܘܬܗܡ ܬܟܡܠ ܐܘܠܐܕ ܐܠܡܥܡܘܕܝ̈ܗ ܐܠܡܩܕܣܗ ܐܡܝܢ ܀ Ope fretus Dñi Dei, qui omnia conservat, initium facio scribendi librum sacrum, cui inest ordo baptismi, quem Dñs noster Jesus Christus instituit, discipulisque illustribus tradidit; discipulique illis qui ab iis docti sint usque ad patrem sanctum Mar Severum, patriarcham Antiochiae et Syriae, qui eum secundum Clementem Petri apostoli discipulum ordinavit. Vertit autem e lingua Graeca in Syriacam pater coaetaneus, Mar Jacobus Edessenus. Hunc autem ordinem in communem usum sanxerunt patres doctissimi Gregorius Bar Hebraeus, et Moses Ibn Alhajar: preces eorum filios baptismatis sancti perfectos reddant, Amen.

In plurali numero et masculino genere scriptus est hic ordo, sed in sacerdotis usum addita sunt in margine verba, in foeminino genere plene descripta, quorum opus sit, ut in puellarum baptismum deserviat.

3. Ordo baptismi brevis, quum is qui baptizatur in periculo mortis sit, fol. 35.

Tit. ܘܐܠܐܢ ܒܥܘܢ ܐܠܪܒ ܡܣܒܚܗ ܐܒܬܕܝ، ܝܐ ܐܒܬܕܝ ܛܩܣ ܡܥܡܘܕܝܗ ܡܟܬܨܪ ܐܠܪܓܐܠ ܘܐܠܢܣܐ: ܬܪܬܝܒ ܐܠܐܒ ܡܪܝ، ܣܘܝܪܐ ܒܛܪܝܪܟ ܐܢܛܐܟܝܗ ܘܣܘܪܝܐ: ܠܠܐܠܗ ܐܠܝ، ܠܗ ܡܫܟܘܪ ܐܠܕܐܝܡ ܀ Et jam auxilio Dñi cui sit laus, scribere adgredior ordinem baptismi adbreviatum hominibus et mulieribus: compositum a

patre Mar Severo Antiochiae in Syria patriarcha, puero qui morti prope sit. Infantes etiam morientes sacrae coenae participes apud Jacobitas fieri e rubrica in fol. 37 patet; ويدخله الي المدبح ويشوثفه من الاسرار المقدسه ويباركه من الصليب والمدبح والانجيل ويطلقه. والبنت علي باب المدبح يكللها • Jubet alia rubrica quod si praesens mortis urgeat necessitas, sufficiat si sacerdos ter sine oleo signum crucis in fronte faciat, وان عرض لطفل ضرورة الموت سرعه وهو بلا عماد. يرشهه الكاهن بثلاث صلبان بين عينيه بغير زيت ويقول: ܡܬܚܬܡ ܦܠܢ ✠ ܒܫܡܐ ܕܐܒܐ ܐܡܝܢ ✠ ܘܕܒܪܐ ܐܡܝܢ ✠ ܘܕܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ ⁘ Si autem convalescat puer, ex integro baptizandus est, his tribus crucis signis non obstantibus, وان عاش الولد يعمده الكاهن عماد كامل وهذه الثلاث صلبان يعبرهم •

4. Decalogus, العشر كلمات, brevissime exscriptus, fol. 39.

In hoc decalogo locum primum tenet, Unum Deum coles; secundum, Dei nomen in vanum non dices; tertium, Observa sabbathum; quartum, Honora patrem; quintum, Non occides; sextum, Non furaberis; septimum, Non moechaberis; octavum, Falsum testimonium non dabis; nonum, Facultates proximi tui non concupisces; decimum, Uxorem ejus non concupisces.

5. Idem ordo baptismi qui in fol. 12, sed in singulari numero, et masc. genere: ubi tamen opus, additum est in marg. genus foemininum, fol. 39.

Tit. ܐܬܚܠ ܥܠ ܬܘܟܠܢܐ ܐܠܗܝ ܐܟܬܘܒ, ܐܟܬܘܒ ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܡܦܪܕܐ ܠܠܕܟܪܘ ܘܠܢܩܒܬܐ ⁘ Jam ope Dñi fretus scribere adgredior ordinem baptismi in singulari numero maribus foeminisque. Ad calc. كمل بعون الرب سبحانه علي يد الحقير في الروسا ابراهيم باسم اسقف اثناسيوس. الناظر الفهيم. يصلح ما يجد من النقص. لانه كتب من طكس مكثر. وكل انسان ناقص. والسبح والشكر لله تعالي امين. في دير القديس العظيم ماري اليان بارض القريتين سنه ٱ٨٦٦ للسكندر اليوناني بن فيلبوس الماقدوني بيد اثاناسيوس • Explicit. ope Dñi cui sit laus, manu vilissimi primatum Abraham, qui etiam quod ad nomen attinet episcopus Athanasius est. Quemcunque in eo videat defectum, corrigat lector peritus: pluries enim jussus scripsi, et omnis homo imperfectus est: laus autem et gloria Deo summo, Amen. Scriptus est in coenobio sancto magnoque Mar Eliae in terra duarum urbium, A. 1866 Alexandri Graeci, fil. Philippi Macedonii manu Athanasii.

Apud Arabes الارض القريتين regio est inter Meccam et Thaif urbes, sed hic potius significare videtur regionem Mosulanam. Urbs enim Mosul ad occidentalem ripam Tigris sita ex adversa fluvii parte antiquam Nineven habet, et in diocesi Mosulana situm esse coenobium Eliae diserte testatur Assemanus, B. O. ii. 212, 228.

6. Ordo Candelae sive Lampadis, in quinque officia distributus, fol. 60.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܘܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ: ܐܒܬܕܝ ܐܢ ܐܟܬܒ ܛܩܣ ܐܠܩܢܕܝܠ ܡܪܬܒ ܠܡܢ ܝܛܠܒ ܐܠܐ ܐܠܬܘܒܗ ܡܢܐܡ ܐܘ ܡܪܝܡܐ: ܚܡܣܗ ܨܠ ܗܝ ܬܩܐܒ ܣܒܥܗ ܐܠܐܢܓܝܠ ܐܠܡܩܕܣܗ ܐܝܨ ܐܠܐܒ. ܗܘ ܬܡܐ ܐܫܥܝܐ ܒܟܝܬ. ܦܠܝܟܢ ܣܣܡܗ ܐܠܟܗܢܗ. ܘܝܬܠܘ ܟܠܗ ܘܐܚܕܗܡ ܒܥܕ ܟܠ ܐܣܡ ܐܪܒܥܐ ܣܘܒ ܐܠܡܫܡܣ. ܘܣܣܡܗ ܐܪܒܥܐ. ܗܘ ܬܡܐ ܠܗ ܗܘ ܓܠܝܐ ܘܓܥܠ ܠܗ ⁘ ܘܡܪܐ ܐܢܓܝܠܝܘܢ ܐܠܡܩܕܣ ܠܝܘܚܢܐ ܡܢܐܡ. ܝܓܝܒܘܢܐ ܡܢܝ ܓܓܝܡ. ܘܬܓܝܒܘܢ ܗܝ ܝܘܡ ܦܓܐܪ ܐܘ ܡܣܐܪ. ܘܝܓܝܠܘܢܐ ܗܝ ܐܠܡܢܝ ܦܬܝܟ ܗܬܐܠ ܥܒܘܢ ܐܠܡܠܝܢ. ܟܠ ܒܝܬ ܐܠܓܝܡ ܒܪܐܪ. ܘܗܝ In ܐܘܠ ܦܠ ܬܩܘܡܘܬ ܡܣܪܘܐܐ ܗܬܠܬܗ ⁘

nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei, scribere adgredior librum Candelae pro eo qui ad poenitentiam accedit, sive infirmus sit sive sanus: quemadmodum in libro Jacobi apostoli, fratris Dñi cognomine, dictum est Si quis infirmus sit, presbyteros ecclesiae vocet, qui super eum orabunt, et oleo in nomine Dñi nostri Jesu Christi unguent; et sanabit eum Dñs: et si peccata ei sint, remittentur ei. Congregatis autem sacerdotibus ut officium Candelae celebrent, massam farinae subactam in media lance testacea vel vitrea ponant, qua in massa quinque ellychnia in modum crucis juxta numerum quinque virginum (prudentium) disponant, et in initio cujusque officii unum ellychnium accendant. Ad calc. وكمل كتاب القنديل بعون الله تعالي ليلة الاربعة ثالث ساعة من الليل حادي عشر شهر كانون الاول بقرية النبك سنة الف وثمانماية سبعة وستين يونانية ⁘ Explicit. ope Dei summi liber Candelae hora noctis feriae quartae tertia e nocte undecima mensis Canun prioris in urbe Nabk, anno 1867 Graecorum, C. 1555.

7. Ordo Coronae sive Sponsalium, fol. 97. Tit. ܐܬܟܠܐ ܥܠ ܙܒܢ ܐܠܬܐܠܘܬ ܐܠܡܩܕܣ ܐܟܬܒ ܟܬܐܒ ܐܠܡܣܡܐ ܒܐܠܐܟܠܝܠ ܐܥܢܝ ܐܠܨܠܘܗ ܥܠ ܐܠܥܪܝܣ ܘܐܠܥܪܘܣ: ܣܢܥ ܬܪܬܝܒܗ ܡܣܬܩܝܡܝܢ ܣܡ ܐܠܡܥܠܡ ܐܠܝ ܐܟܘܬܗ ܝܥܩܘܒ ܐܠܪܗܐܘܝ: ܡܢܟܡܒ ܐܠܐܒܐܘ, ܘܓܝܪܗ ܐܠܡܥܠܡܝܢ ܐܠܩܕܝܣܝܢ ⁘ Spem in sanctam Trinitatem reponens scribam librum cui nomen Corona, sive Preces in sponsum sponsamque. Ordinem secundum verae fidei normam disposuit doctor nostrum Syrorum Jacobus Edessenus, aliique doctores sancti.

Varia insunt officia, sc. *a*. Benedictio annulorum, تبريك الخواتم. *β*. Benedictio coronarum, quas gerunt socer sponsaque تبريك الاكاليل الذي الختن والعروس, fol. 110. *γ*. Oratio super caput pronubi [auspicis,] qui coelebs esse oportet, recitanda, الصلاة علي راس الاشبين ويكون اعزب; it. pro pronuba, quae virgo esse oportet, صلاة علي الاشبينة وتكون بنت بكر, fol. 123. *δ*. Oratio quum coronae post septem dies solvuntur, صلاة لحل الاكليل بعد سبعة ايام, fol. 127. *ε*. Praecepta sponso sponsaeque recitanda, postquam celebratum sit coronae officium, وصية تقرا على العريس والعروس بعد ان يفرغ الاكليل, fol. 128. Ad calc.

ܠܟ ܐܒܝܢ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ܆
ܕܐܡܬܝܢ ܥܠ ܦܘܠܚ ܫܢܝܬܐ܆
ܐܟܪܙܬ ܕܗܘܐ ܒܒܝܬܘܬܐ܆
ܒܥܘܬܐ ܡܢ ܦܘܡܝ ܡܢܝܬܐ܆
ܕܡܪܐ ܫܠܡܐ. ܕܢܗܪ ܫܠܡܐ. ܕܦܟܪ ܫܠܡܐ.
ܕܡܪܘܝ ܫܠܡܐ ⁘

8. Benedictio coronarum viduorum in duo officia distributa, fol. 134.

Tit. ܐܬܟܠܐ ܥܠ ܬܘܟܠܢܐ ܐܠܪܒ ܐܒܬܕܝ، ܒܟܬܒ ܬܒܪܝܟ ܐܟܠܝܠ ܐܠܐܪܐܡܠ ⁘ Jam ope Dñi fretus scribere adgredior benedictionem coronarum viduorum. Ad calc. officii secundi, ܟܡܠ ܬܒܪܝܟ ܐܠܐܪܐܡܠܗ Explicit. benedictio viduarum.

Inest revera ordo sponsalium viduorum et viduarum, ut e fol. 135 patet, ubi sacerdos orat pro ܨܠܝ ܕܒܪܟܗ ܕܢܒܝܗܘܣ ܠܬܪܡܠܐ. Recenset etiam Assem. Cod. Vat. Cat. ii. 338 eadem officia, sed quum *Benedictionem viduarum* simpliciter ea adpellat, pauci forte intelligerent, ordinem esse nuptiarum ubi vel sponsus vel sponsa viduus sit.

9. Orationes omnigenae, صلوات لكل جنس, fol. 143.

a. Oratio pro altari quod ab ethnicis vel haereticis profanatum sit, علي المذبح الذي يتنجس من الحنفا والاراطيقة, ib. *β*. Pro novis vasibus, quae ecclesiae obferantur, qualia sint calices, fictilia, cervicalia, et alia hujusmodi, صلاة علي الاوني الجدد الذين

يتقدمون للبيعة : كاسات . وصواني . واسد . وهرارات . وبدل . وكواتبي . ومباخر . وتلبشتات . ومراوح . ونوافير . ومعالق . ومناديل وغيرهم, ibid. γ. Super vinum in quo aliquid impurum suffocatum sit, علي الخمر الذي يختنق فيه شيا نجس, fol. 144. δ. Super oleum, quod in eodem modo impurum redditum sit, علي الزيت الذي يختنق فيه شي انجس, ibid. ε. Super aliquam rem quae impura facta sit, et cujus odor in aliquo quocunque modo corruptus sit, علي كل شي يتنجس وتفسد رايحته من جميع الاجناس, fol. 145. ϛ. Super aquas in quibus aliquid suffocatum sit, et super vas quod impurum factum sit, علي الما الذي يختنق فيه شي وعلي كل الفراغات التي تتنجس, ibid. ζ. Super vas in quo aliquid suffocatum sit, علي الفراغات التي يختنق فيها شي نجس, ibid. η. Super virum vel mulierem qui peccati reus sacerdotem ut pro eo oraret, rogaverit, علي الانسان الذي يقع في الخطيه رجل او امراه اذا سال الكاهن ان يصلي عليه, fol. 146. θ. Benedictio puerorum, صلاة التبريك الاطفال من الكاهن, ibid. ι. Pro iis qui iter faciunt, صلاة علي الذين يسافرون في الطريق, ibid. ια. Pro aegroto, صلاة يصليها الكاهن علي المريض, ibid. Desunt caetera.

Per totum librum rubricae, evangelia, epistolae, et postillae, Arabico sermone sunt: necnon multae in sponsalium officiis orationes. [Poc. 86.]

71.

Codex bombycinus laevigatus in duodecimo, ff. 110 constans, A. C. 1579, Hierosolymis, charactere simplici nitide exaratus. Inest;

Rituale Syrorum Jacobitarum.

1. Ordo Candelae, fol. 2.

Tit. ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܡܬܚܝܠܢܐ ܡܫܬܒܚܢܐ ܐܠܗܐ ܐܠܗܐ ܐܠܗܢܝܐ : ܢܟܬܘܒ ܒܥܘܕܪܢ ܐܠܗܐ [illegible]

In hoc titulo notandum est quod quatuor ellychniis in crucis modum dispositis, quintum in medio defigendum est, et quod finito uno quoque officio accendendum est ellychnium, quod etiam jubet Cod. Vat. lvi, cf. Cat. ii. 337: codex autem superior, Poc. lxxxvi, in initio cujusque officii ellychnium accendere praecipit. Accensis omnibus ellychniis excipiunt preces super caput aegroti recitandae. Denique si adsit episcopus, officium ab eo recitandum est, alias presbyter quivis sufficiat; quod etiam in rubricis jubet Cod. Poc. lxxxvi. Evangelia, et oratio ad finem officii cujusque sermone Arabico sunt, Carshunice: similique modo preces post accensa ellychnia, sc. طلبة علي راس الضعيف او معترف; caetera autem sermone Syriaco sunt. Ad calc. commemoratur annus, ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܝܘܡ ܚܕ ܒܝܪܚ ܐܝܪ ܫܢܬ ܐܦܨ ܝܘܢܝܐ ܒܐܘܪܫܠܡ ܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܡܝܢ ܀ Explicit. Hierosolymis die primo mensis Maii, A. Gr. 1890, C. 1579.

2. Ex Libro Capitum selecta quaedam, sc. α. Caput tertium, fol. 49.

Tit. ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܡܬܚܝܠܢܐ ܡܫܬܒܚܢܐ ܐܠܗܐ ܐܠܗܐ ܐܠܗܢܝܐ ܢܟܬܘܒ ܒܥܘܕܪܢܗ

[Syriac text] In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei, cujus ope freti scribere adgredimur sermones utiles e Libro Capitum, quorum primus est Caput tertium, quo disputatur, fieri non posse ut amor Dei existet, nisi per obedientiam ad ejus jussa: jussa ejus autem observari non posse, nisi aliquis sit qui homines quomodo ea observent doceat et erudiat: item quod si quis peccator sine poenitentia moriatur, aeternum ei manere supplicium.

β. Caput quartum, fol. 64.

Tit. [Syriac text] Caput quartum, quo demonstratur, confessionem humiliationem esse, et per confessionem cor mundum fieri e cogitationibus impuris; denique absolutionem ei denegari, quicunque homines id agere posse sine doctoris disciplina putet.

γ. Caput quintum, fol. 75.

Tit. [Syriac text] Caput quintum, quo demonstratur eucharistiam minime ei obferendam qui discipulus non sit. Ad calc. [Syriac text] Sermo quem pronuntiavit S. Joannes Chrysostomus de modo quo ad sancta mysteria adpropinquare deceat: recitandus est die quinto magno (sc. hebdomadis passionis), ut moneantur ne quis ad ea adpropinquet nisi cum metu et tremore, et quam maxima puritate et castitate.

δ. Caput sextum, fol. 86.

Tit. [Syriac text] Caput sextum, quo demonstratur, quicunque indigni coenae sacrae participes fiant, certo eos manere judicium et morbum et mortem et adflictiones.

ε. Caput septimum, fol. 94.

Tit. [Syriac text] Caput septimum, quo manifestum fit, qualis sit didascaliae institutio de poenitentis confessione dum in statu sit discipuli: necnon quod nemini canonem in se ipsum recipere liceat; quod si autem faciat, Christo principatui adversatur.

ϛ. Caput octavum, fol. 105.

Tit. [Syriac text] Caput octavum, quo demonstratur, eum qui veritatem suo ipsius consilio sine magistri monitu facit, magnum et in tota Dei scriptura illustrem esse. Ad calc. [Syriac text]

ܐܠܐ ܠܐܓܠ ܐܠܝܗ ܐܠܡܬܓܣܕ ܘܐܠܡܬܐܢܣ
ܦܝ ܗܕܐ ܐܠܥܐܠܡ ܐܠܡܩܕܣܗ ܐܣܘܐܢܝܝܢ
ܒܐܠܐܣܡ ܪܐܗܒ ܘܒܐܠܦܥܠ ܗܐܪܒ ܦܐܪܓ
ܥܐܪܝ ܡܢ ܟܠ ܐܠܦܨܐܝܠ: ܘܐܠܟܐܗܢ
ܐܠܗܐܪܘܢܝ ܘܐܠܪܐܗܒ ܐܠܐܢܛܘܢܝܘܣ ܪܒ
ܝܘܚܢܐ: ܘܒܥܕܗ ܐܢܐ ܐܠܡܕܟܘܪ ܐܥܠܐ
ܒܐܝܕܝ̈ ܠܐܓܠ ܐܒܢ ܝܘܚܢܐ ܐܠܡܥܠܡ
ܡܬܠ ܡܐ ܐܪܐܕ ܘܐܫܬܗܝ ܘܒܥܬ ܕܠܟ
ܒܡܒܠܓ ܟܗ̄ ܡܚܠ ܒܡܚܫܗ ܘܒܝܥܢ ܫܪܥܝ
ܒܥܬܗ ܠܗ ܒܝܥܐ ܫܪܥܝܐ ܘܡܥܬܒܪܗ ܗܘ
ܡܫܬܪܝܗ ܒܚܫܘܪ ܐܠܪܐܗܒ ܘܐܢܛܘܢܝܐ ܦܝ ܫܪܝܗ̈
ܐܠܪܐܗܒ ܐܠܐܢܛܘܢܝܘܣ ܘܐܠܟܐܗܢ
ܐܠܡܠܟܝܨܕܩܝ ܪܒ ܐܠܝܐ ܐܠܛܪܐܒܠܣܝ ܐܠܕܝ
ܚܐܙܪ̈ ܥܢܝ ܦܝ ܡܕܝܢܗ̈ ܐܠܩܕܣ ܠܐܓܠ
ܟܠܐܨ ܢܦܣܗ: ܘܠܝܣ ܠܐܚܕ ܥܠܝܗ ܠܗ ܠܐ ܩܘܠ
ܘܠܐ ܦܥܠ ܓܝܪ ܐܡܪ ܨܐܚܒܗ ܐܠܡܕܟܘܪ
ܐܠܐ ܐܠܪܒ ܝܓܥܠܗ ܠܗ ܡܒܐܪܟܝܢ: ܘܟܐܢ
ܐܝܐܡ ܐܒܝܢܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܒܛܪܝܪܟ
ܐܢܛܐܟܝܗ: ܘܡܪܝ ܒܐܣܝܠܝܘܣ ܡܦܪܝܐܢ
ܐܠܫܪܩ: ܘܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܛܪܐܢ ܐܠܩܕܣ ܘܠܠܗ
ܐܠܡܓܕ ⁘ In anno 1890 Alexandri fuimus in sancta nobilique urbe (Hierosolymis), ubi Servatoris sepulchrum, caeteraque loca sancta, in quibus Dñs noster Jesus Christus incarnationem ejus salutis nostrae causa perfecit, visitavimus: scilicet ego servus scelestus neque dignus cujus nomen in sancto libro signatum scriptumque sit, nisi propter eorem preces qui in hoc sancto libro legentes adspiciant, Joannes Faraj, nomine monachus, sed facto ignavus, et ab omni virtute vacuus: et sacerdos Aaronicus, et monachus Antonianus doctor Yuchna. Ego autem supradictus meis manibus librum supradicti doctoris Yuchna causa, sicut voluit, et cupivit, exscripsi, et pretio 25 dirrhemorum licita venditione vendidi; ille autem emptione legali et canonica coram monachum Antonianum et sacerdotem Melchisedekianum doctorem Eliam e regione Tripolitana, qui in urbem sanctam animae salutis causa commeaverat, eum emit: neque alicui est ne minima quidem in hunc librum potestas sine supradicti possessoris venia, quem Dominus precor beatum faciat. Haec facta sunt in diebus patris nostri Mar Ignatii patriarchae Antiocheni, et Mar Basilii Orientis maphriani, et Mar Gregorii urbis sanctae metropolitani; et Deo gloria.

[Bod. Or. 22.]

72.

Codex chartaceus in octavo, ff. 42 constans, charactere partim simplici, partim Nestoriano, annis C. 1821, 1840, pro G. H. Mill, S. T. P. R. apud Cantab. exaratus[a]. Insunt;

Ritualia et Historica ad Syros Jacobitas in agro Malabarico pertinentia.

1. Ordo Sponsalium, in duas partes divisus, α. Benedictio annuli, fol. 1.

Tit. ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܒܘܪܟܐ ܕܥܙܩܬܐ ⁘ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius veri, scribere adgredimur benedictionem annuli.

β. Benedictio coronae, fol. 8.

Tit. ܬܘܒ ܬܫܡܫܬܐ ܐܚܪܬܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܒܘܪܟܐ ܕܟܠܝܠܐ ⁘ Sequitur officium alterum, quod benedictio coronae est.

2. Nomina graduum ecclesiasticorum, ܫܡܗ̈ܐ ܕܕܪ̈ܓܐ, fol. 20.

Hi gradus sunt, 1. Psaltes. 2. Cantor, sc. liturgiae, ܗܘ ܕܡܙܡܪ ܒܩܘܪܒܢܐ. 3. Exorcista, qui tamen apud Syros Malabaricos aeditui officium revere gerit, ܗܘ ܕܡܫܡܫ ܠܒܝܬ ܩܘܕܫܐ. 4. Anagnostes. 5. Hypodiaconus. 6. Diaconus. 7. Sacerdos. 8. Periodeutes, sive Visitator, ܣܥܘܪܐ. 9. Chorepiscopus. 10. Episcopus. 11. Metropolita. 12. Patriarcha. 13. Angeli. 14.

[a] Cf. fol. 1, ubi manu ipsius Mill scriptum exstat, Pro me descripsit Thomas Mavalicarensis.

Archangeli. 15. Principatus. 16. Potestates. 17. Throni. 18. Dominationes. 19. Virtutes, ܚܝ̈ܠܐ. 20. Cherubim. 21. Seraphim.

Explicit. auxilio Dñi. Scriptus est et absolutus auxilio Trinitatis sanctae. Liber hic sanctus, qui Triodii pars altera est sine ulla imminutione, e sabbatho dñi Lazari usque ad dominicam omnium sanctorum, quae Pentecosten proxime sequitur, finem accepit et absolutionem die parasceues, 22 mensis Ob, anno 7000 patris nostri Adam, 1803 Alexandri Graeci, [C. 1499. Cf. Cod. Dawk. viii.] Scriptus est manibus viri peccatoris et pauperis, neque digni propter innumerabilia ejus peccata et delicta cujus nomen legeretur, Jacobi sacerdotis nomine sed non facto, fil. diaconi Joannis, ex urbe benedicta et a Deo custodita Hhardin in monte Libano. Propitius sit ei Deus, et patribus ejus, et fratribus, et parentibus, et defunctis, et omnibus, qui inter legendum

pro eo orent per preces dñae nostrae Deiparae, et apostoli Mar Thomae, et omnium sanctorum, Amen.

Sequitur idem colophon Arabice.

12. Ordo sepulturae divinae nocte sabbathi magni sive sabbathi ignis[a], celebrandus, ترتيب التجنيز الالهي ليلة السبت الكبير اعني سبت النور, fol. 320. Inter officia τὸ ἄμωμον. Ad calc. idem scriba commemoratus est, يعقوب باسم قس من قرية حردين. In ultimo folio manu recentiore scriptum هذا الكتاب الذي هو البنديكستاري اي الخمسيني برسم دير ستنا العذري المقول له البالمند خارج مدينة طرابلوس وهو عندي انا الحقير غريغوريوس بسم مطران بدمشق رحم الله من يوصله الي مكانه او ان كان محتاج اليه يوصلهم ثمنه والسبح لله دايما• Hic liber, qui Pentecostarium est, h. e. Quinquagesimalis, in usum coenobii dñae nostrae Virginis, quod Balamand cognominatum est, ad urbis Tripolis egressum, exscriptus est, sed jam apud me, vilem Gregorium, quod ad nomen attinet, urbis Damasci metropolitanum, repositus. Propitius sit Deus ei qui librum ad suum locum reducat, vel si ei ejus opus sit, pretium iis, sc. coenobii monachis rependat; et Deo gloria in saec.

Multi insunt hymni manu recentiore additi. [Dawk. 12.]

88.

Codex bombycinus laevigatus in folio, ff. (244 − 33 =) 211 constans, mutilus, initio fineque carens, saeculi forte decimi sexti, charactere Nestoriano exscriptus. Inest;

Triodii pars secunda, Syriace, praeter rubricas et lectiones, Arabice.

Quatuor priorum fasciculorum septem tantum folia exstant: insunt dominicae Hosannarum officia. Post fol. 40 lacunas manus recentior supplevit.

1. Nox quarta hebdomadis magnae, ليلة الاربعا الكبير, fol. 42.
2. Vespera quarta feriae quintae magnae, عشية الاربعا الخميس الكبير[a], fol. 47; ordo pedilavii, ترتيب الغسل, fol. 57.
3. Feria sexta magna, fol. 60.
4. Sabbathum magnum, fol. 93; ordo sepulturae magnae, ترتيب التجنيز العظيم, fol. 96.
5. Dominica Paschatis, fol. 119. Hebdomas, fol. 133.
6. Septimanae inter Pascha et Pentecosten, sc. dominica Thomae, fol. 136; mulierum quae aromata tulerunt, fol. 150; Paralytici, fol. 164; feria quarta, sive mediana Pentecostes, نصف الخمسين, fol. 173; dom. mulieris Samaritanae, fol. 185; Caeci, fol. 196; feria quinta Dñi adscensionis, خميس السلاق, fol. 206; dom.

[a] Sabbathum Ignis vocatur propter miraculum quod etiam hodie apud Graecos quotannis in ecclesia S. Sepulchri apud Hierosolymitanos sabbatho sancto factum est: lampades enim supra Dñi sepulchrum appensae sub horam vespertinam divinitus accenduntur. Antiquitus autem vulgatius erat miraculum: inter reliquias enim in ecclesia Warwicensi recenset Gul. Dugdale apud Antiquities of Warwickshire, second ed., revised by W. Thomas, D. D., vol. i. p. 433. *Oleum in quo venit ignis in vigilia Paschae de coelo.* Adde quod in ecclesia Romana hora sabbathi sancti sexta exstinguitur ignis, et hora nona reaccenditur. Cf. Du Cange, Glos. Med. Lat. sub Ignis sacer Hierosol., Novus Ignis, et Ignis Paschalis.

[a] Apud Syros incipit dies ad occasum solis, primumque eorum officium adhuc manente luce, quod tempus ܪܡܫܐ vocatur, vespera autem ܨܦܪܐ, decantatur. Sed quum apud Arabes eadem est dierum divisio ac apud nos, aliquantulum difficultatis in titulis officiorum e Syriaco Arabice reddendis ortum est: unde pro ܪܡܫܐ ܕܚܡܫܐ ܒܫܒܐ legimus عشية الاربعا الخميس, quod ad amussim significat *The Wednesday evening of Thursday*: sic postea pro ܪܡܫܐ ܕܫܒ. ܕܩܝܡܬܐ habemus عشية يوم سبت النور *Sabbathum ignis in vesperis.*

patrum qui Nicaeam convenerunt, fol. 224; Pentecostes, fol. 235.

Desunt omnia post fol. 244. [DAWK. 47.]

89.

Codex bombycinus laevigatus in folio, ff. (207 – 11 =) 196 constans, initio fineque carens, saeculi forte decimi quinti, charactere Nestoriano exaratus. Inest;

Triodii pars secunda, Syr., praeter rubricas et lectiones, Ar.

Duorum priorum fasciculorum novem tantum folia exstant, quibus insunt dom. Hosannarum officia: postea recto incedit codex ordine usque ad fol. 207, post quod omnia desunt. Quae exstant sunt,

1. Sabbathi Lazari fragmentum.
2. Dom. Hosannarum frag.
3. Hebd. passionis feria sec., fol. 30: tert., fol. 36: quart., fol. 42: quint., fol. 51; inter off. vesp. ترتيب الغسل, ordo pedilavii, fol. 68: parasceues crucifixionis vigiliae, ترتيب سهران الجمعة الكبير, fol. 71; horarium diurnum, fol. 88: sabbathi sancti preces vesp., fol. 105; ordo sepulturae divinae nocte sab. ignis, هذا ترتيب التجنيز الالهي ليلة السبت الكبير اعني سبت النور, fol. 109; off. mat., fol. 127; vesp., fol. 137; ordo ultimus sab. ignis secundum ritum Romanum [in Vaticano?] ترتيب اخر ليوم سبت النور وهو كما في البتيكون الرومى, fol. 141.
4. Dom. Paschatis, mat., fol. 144; sacra coena, القداس الالهي, fol. 154; vesp., fol. 156: hebd. off., fol. 158.
5. Dom. nova S. apostoli Thomae, fol. 172; hebd. off., fol. 185. [MARSH. 416.]

90.

Codex bombycinus laevigatus in folio minori, ff. (311 – 4 =) 307 constans, saeculi forte decimi quinti, charactere Nestoriano exaratus. Inest;

Triodii pars secunda, Syr.; rubricae et lectiones Arabice scriptae sunt[a]. Titulus deest.

Partes praecipuae sunt,

1. Sabbathum Lazari, fol. 1.
2. Dom. Hosannarum, fol. 16.
3. Feria sexta crucifixionis, fol. 62.
4. Ordo sepulturae divinae, التجنيز الالهي, hora noctis sabbathi magni secunda celebrandus, fol. 88.
5. Sabbathum magnum, ad mat., fol. 104; in vesp., fol. 111.
6. Dom. Paschatis, fol. 113.
7. Dom. nova, fol. 127. Desunt ff. 139, 140.
8. Dom. mulierum quae aromata tulerunt, fol. 151.
9. Dom. Paralytici, fol. 173.
10. Nox mediana Pentecostes, الليلة نصف الخمسين, fol. 187.
11. Dom. Samaritanae, fol. 205.
12. Dom. Caeci, fol. 221.
13. Feria quinta adscensionis, خميس الصعود, fol. 236.
14. Dom. 318 patrum, fol. 256. Deest fol. 266.
15. Dom. Pentecostes, احد العنصرة, fol. 267. Inter off., ordo adorationis, (τῆς γονυκλισίας,) ترتيب السجدة, fol. 285.
16. Dom. omnium sanctorum, fol. 296. Deest post fol. 304 unum forte folium, cui inerat officii finis.
17. Manu recentiore Arabice, افتخاسات السجدة يوم العنصرة, ὑπακοαὶ (?) τῆς γονυκλισίας τῆς Πεντεκοστῆς, fol. 306.

[DAWK. 25.]

[a] In initio quatuor folia chartacea una compacta sunt, quorum in priore inest Oratio in diem Paschatis, Syr.; in secundo Historiae cujusdam anno Adami 7107, C. 1606 scriptae initium, Arab.; in tertio Canonis doxologia nona, التسبحة التاسعة, Arab.; in quarto nihil.

91.

Codex bombycinus laevigatus in fol. min., ff. (206 – 26 =) 180 constans, mutilus, initio fineque carens, saeculi forte decimi sexti, Arabico sermone et characterе scriptus. Inest;

Antiphonarium secundum octoechum.

1. Antiphonae festorum in circulum anni. Prima quae exstat antiphona ad festum S. Mamantis pertinet, quod die secundo Septembris celebratur, fol. 4. Ad calc. تـمـت ترنيمات اعاد دور السنه ويتلوها ترنيمات الصوم المقدس • Explicit. cantus responsorii in circulum anni: quos excipiunt cantus jejunii sancti.

2. Antiphonae ex initio jejunii usque ad Pentecosten, نفسير ما يقال من الاستيشراري في الـصـوم المـقـدس وايـام الخـمـسـيـن, fol. 131. Antiphonae post duodecim evangelia (parasceues magnae) cantandae, هذه الانتيفونيات تقال علي قراة الاناجيل الاثنا عشر, fol. 181. Antiphonae Pentecostales, ما يقري في ايام الخمسين المقدسين, fol. 192.

Desunt ff. 1—3, 6—8, 19, 29, 83—85, 91, 99, 100, 107, 109, 115, 122—130, et omnia post 206.

[Dawk. 38.]

92.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 136 constans, valde et saepe etiam de industria mutilatus, charactere Nestoriano, A. C. 1590 exaratus. Insunt;

1. Alleluiarium.

Tit. *** ܩܕܝܫܬܐ ܢܟܬܘܒ ܛܪܘܦܪܝܐ ܥܠ ܬܐܘܣ ܟܘܪܝܘܣ ܕܥܐܕܐ ܕܫܢܬܐ ܟܠܗ̇ ܕܡܬܩܪܐ ܐܠܠܘܝܪܝܢ ܀ [Ope Trinitatis] sanctae scribemus troparia super Θεὸς κύριος[a] festorum totius anni, cui nomen Alleluiarium.

In tituli verso exstat inscriptio cujus initium abscissum est, sc. الكتاب صاحب * * * وهو باسم راهب وقس لا بالفعل وهو تلميذ الاب السيد المطران كير ايواكيم مطران ثغر بيروت نيح الله نفسه مع الابا القديسين امين ايواصف باسم قس وكان نياح الاب السيد المطران في سنه سبع الاف ومايه في سبعه عشر شهر ايار المبارك ونياح الاب السيد الاسقف كير انسطاسيوس اسقف طور سينا في عيد الصليب ونياح الاب السيد البطرك كير ايواكيم في عيد القديسين سرجيوس وباخوس ونياح البطرك المعزول في عيد الميلاد والاربعه * * * واحد * * * * * * جميعهم ويسكنهم في ملكوته السماويه امين • ... ille, cujus hic liber fuit, nomine non facto monachus et presbyter fuit, necnon discipulus patris dñi metropolitani Kir Joachim, provinciae Beryti metropolitani, cujus animam Deus quiete donet inter patres sanctos, Amen, Joasaph, nomine presb. Dormivit autem pater dñs metropolitanus anno 7100, A. C. 1591, die 17 mensis benedicti Maii: dormivit etiam pater dñs episcopus Kir Anastasius, Montis Sina episc., festo crucis, Sept. 14: item pater dñs patriarcha Joachim festo SS. Sergii et Bacchi, Oct. 7: dormivit denique patriarcha, qui suo munere amotus est[b], festo nativitatis. Quibus

[a] Jam notatum est hymnos apud Syros nomen cantici cujusdam celebris prae se ferre, quo indicata est modulatio. Troparia igitur super Θεὸς κύριος id genus significant, quod eandem ac ille hymnus modulationem habeat. A Graecis hic mos deductus est, qui simili modo aliud hymnorum genus *ἡ παρθένος σήμερον*, aliud *ἑπταπλασίως κάμινον*, aliud *ὡς γενναῖον ἐν μάρτυσιν*, etc. vocant.

[b] Quod annus creationis 7100, C. sit 1591, cf. Le Quien, Or. Christ. ii. 771. Patriarcha a suo munere amotus fuit Michael vii, qui anno 1582 octogenarius a Damasci praeside Turco pulsus, Constantinopolim venit, exponendarum querelarum suarum causa, ut Crusius narrat, Turco-Gr. p. 296. In ejus locum Damasceni Joachim vi Tripolitanum vi intruserunt, qui certe circa A. C. 1591 mortuus est; anno enim 1593 synodae Constantinopolitanae interfuit Joachim vii, cognomento Benzaiada. Michaelis antecessor fuit etiam Joachim v, *Beryti episcopus*, sed quum eum A. C. 1576 mortuum esse narrat Catal.

quatuor ... et singulis ...... universis, et in regno suo coelesti habitare concedat, Amen.

Alleluiarum quae exstant sunt Sept. i—xvii, fol. 1; xxiv—xxx, fol. 13: Oct. iii, iv, fol. 16; vii—xxxi, fol. 17: Nov. i—xxx, fol. 27: Dec. i—xxxi, fol. 41: Jan. i—xvii, fol. 54; xviii—xxviii, fol. 63: Feb. i—xxv, fol. 69: Mart. ix—xxxi, fol. 75: Apr. i—x, fol. 79; xxii—xxx, fol. 81: Maii i—xxxi, fol. 83: Junii i—xxx, fol. 92: Quint. i—xvii, fol. 100; xxi—xxxi, fol. 105: Sext. i—xxxi, fol. 109.

Ad calc. plurium mensium scribae nomen commemoratur, مكاريوس بزي شماس تلميذ مطران ثغر بيروت, Macarius quod ad vestitum adtinet diaconus, discipulus metropolitani provinciae Beryti; cf. fol. 53. Denique fol. 119 colophon; ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡܐ: الطروباريات والقناديق التي لارض السنه كلها بعون الله تعالي نهار الاثنين المبارك سادس عشر يوم مضت من شهر تشرين الاول: سنه سبع الاف تسعه وتسعين سنه لابونا ادم عليه السلم • كتبه العبد الخاطي المسكين مااريوس بزي شماس بدير كفتون الرب الله يغفر خاطاياه • Explicit. auxilio Dei excelsi troparia et *κοντάκια* in totius anni usum, feria secunda benedicta, die 16 mensis Oct., anno 7099 patris nostri Adam, cui sit pax. Scripsit servus peccator pauper Macarius, quod ad vestitum adtinet diaconus in coenobio Kephtun. Dñs Deus det eit veniam peccatorum.

2. Troparium, fol. 120.

Tit. ܬܘܒ ܟܬܒܝܢ ܛܪܘܦܪܝܢ ܥܠ ܛܪܝܘܕܝܘܢ, Jam scribimus troparium secundum ordinem triodii. Insunt troparia a dom. Pharisaei et Publicani ad dom. omnium sanctorum. Ad calc. كمل الاطروباريات الذي بعد الفصح المقدس: وكذلك الطروباريات والقناديق المشاهرة بعون الله تعالي علي يد اخطا الناس واحقرهم الذي ما يستهل ان يذكر له اسم من كثرة خطاياه وذنوبه الا لاجل الترحم عليه .... Explicit. troparia quae festum Paschatis sequuntur, similique modo troparia et *κοντάκια* secundum mensium ordinem auxilio Dei summi per manum scelestissimi et vilissimi hominum neque digni propter plurima ejus peccata et crimina cujus nomen commemoretur, sed eorum causa qui misericordiam in eum habeant ....

[Dawk. 34.]

93.

Codex bombycinus laevigatus in duodecimo, ff. (135 – 7 =) 128 constans, mutilus, initio et fine carens, saeculi forte decimi quinti, charactere Nestoriano exscriptus. Insunt;

1. Alleluiarium.

Exstant Sept. i—xxx, fol. 2: Oct. i—iv, fol. 9; vii—xviii, fol. 11; xxi—xxxi, fol. 16: Nov. i—xvii, fol. 19; xxiv—xxix, fol. 27: Dec. vii—xxxi, fol. 30: Jan. i—xxxi, fol. 42: Feb. i—xxiv, fol. 55; xxvi—xxviii, fol. 64: Mart. i—xxx, ib.: Apr. iv—xxx, fol. 71: Maii i—xxxi, fol. 75: Junii i—xxx, fol. 83: Quint. i—xxxi, fol. 90: Sext. i—xxxi, fol. 101.

2. Troparium dominicarum secundum octoechum, ܛܪܘܦܪܝܘܢ ܕܚܕ ܒ̄ܫ ܠ ܐܘܟܝܐ, fol. 110.

3. Troparium ferialium, ܛܪܘܦܪܝܢ ܕܡ̈ܘܬܒܐ ܫܚ̈ܝܡܬܐ, fol. 115.

4. Exaposteilaria ferialium et dominicarum, ܐܟܣܦܣܛܠܪܘ̄ ܕܡ̈ܘܬܒܐ ܘܕܚ̄ܒ̄ܫ, fol. 122.

Desunt ff. 1, 10, 15, 26, 29, 63, 70; et omnia post 135. Altera manu sunt ff. 25, 125.

[Dawk. 35.]

Vaticanus, ille Joachim cujus discipuli Joasaph et scriba noster Macarius fuerunt, plane alter fuit, et forte ejus successor. Plura videas ap. Le Quien, loco cit. Denique كير titulus est episcoporum orientalium, proculdubio a voce Gr. *κύριος* deductus.

94.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. 194 constans, initio et fine carens, mutilus, tabe corruptus, charactere Nestoriano exscriptus. Insunt;

1. Ps. cxix. 63—163, fol. 8.

2. Mediae noctis officii fragmentum, fol. 17. Ad calc. تمت صلاة نصف الليل بعون الله تعالي.

3. Ordo precum mediae noctis sabbathi, ونكتب صلاة نصف الليل يوم السبت, fol. 32. Primam partem tenent Pss. lxv—lxx plene exscripti.

4. Ordo dominicae, si sit hymnus triadicus, يوم الاحد ان كان ترياذيكا, fol. 43. Inter preces matutinas, ܠܨܠܘܬܐ ܕܨܦܪܐ, Pss. xxxvii, lxii, lxxxvii (sec. hodiernam adnumerationem xxxviii, lxiii, lxxxviii), fol. 47.

5. Cantica prophetarum, ܬܫܒܚܬܐ ܕܢܒܝܐ, fol. 68. *a*. Cant. Mosis prius, Ex. xv. 1—19, fol. 69. *β*. Alterum, Deut. xxxii. 1—43, fol. 71. *γ*. Annae, 1 Sam. ii. 5—10, fol. 75. *δ*. Habacuc, c. iii. 2—19, fol. 76. *ε*. Jesaiae, c. xxvi. 8—19, fol. 78. *ϛ*. Jonae, c. ii. 2—9, fol. 79. *ζ*. Trium puerorum, vv. 3—34, fol. 80. *η*. Ejusdem cantici[a], vv. 35—68, fol. 84. *θ*. Magnificat, Luc. i. 46—55, fol. 85. *ι*. Zachariae cant., ib. 68—79, fol. 86.

6. Exaposteilaria, ܐܟܣܦܘܣܛܝܠܐܪܝܢ, fol. 87.

7. Horae diurnales, sc. *a*. Prima, صلاة الساعة الاولة, fol. 97. Insunt Pss. v, xc, ci. *β*. Tertia, fol. 102. Insunt Pss. xvii, xxv. *γ*. Sexta, fol. 108. Insunt Pss. liv, lv, xci. *δ*. Nona, fol. 114. Insunt Pss. lxxxiv, lxxxv, lxxxvi.

8. Beatitudines, صلاة المقارزمي [μακαρισμοί], fol. 120. Inest Ps. cxlv.

9. Completorium, صلاة الغروب, fol. 125. Inest Ps. ciii.

10. Preces diei primi, صلاة اليوم اول, fol. 134. Insunt Pss. iv, vi, xiii, xxxi.

11. Preces ultimae ad completorium dierum ferialium, ܣܘܬ ܨܠܘܬܐ ܐܚܪܝܬܐ ܠܣܘܬܪܐ ܠܝܘܡܬܐ ܦܫܝܛܬܐ اعني الايام الساذجة, fol. 152.

12. Stichera secundum hymnum *Te, Domine, vocavi*, ܡܥܢܝܬܐ ܥܠ ܡܪܝܐ ܩܪܝܬܟ, fol. 156.

13. Hymnus in Deiparam, ܡܕܪܫܐ ܠܝܠܕܬ ܐܠܗܐ, fol. 184. Desunt ff. 1—7, 15, 16, 160, 162, 166, 168: denique post fol. 188 octodecim sequuntur folia, Arabice, quae propter magnas ubique lacunas numerari non possunt. Insunt excerpta ex sanctis praecipuis, قول الفضلا, quales sint Anthimus et Athanasius.

[DAWK. 57.]

---

[a] Multa insunt quae e Graeco exemplari discrepant.

95.

Codex bombycinus laevigatus in folio, ff. 163 constans A. C. 1571, Arabico sermone, literis Syriacis, charactere simplici, luculenter exaratus. Inest;

Synaxarii, sive Catalogi sanctorum et martyrum secundum ordinem ecclesiae, in quo vita cujusque et festi ejus ratio, breviter exponuntur, pars prior.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܪܒ ܐܠܡܣܝܚ ܒܟܬܒ ܡܐ ܐܟܬܨܪ ܥܠܝܗ ܡܢ ܣܝܪ ܐܠܫܗܕܐ ܠܟܠ ܐܠܣܢܗ ܘܗܘ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܣܡܝ ܒܐܠܝܘܢܐܢܝܗ ܐܠܣܢܟܣܐܪ ܘܬܦܣܝܪܗ ܒܐܠܥܪܒܝ ܐܠܓܐܡܥ.

In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti, unius Dei, initium facimus, auxilio Dñi Christi, quam brevissime scribendi martyrum vitas in totum annum. Liber autem hujusmodi Graece Συναξάριον, Arabice autem الجامع, sive Collectio vocatur.

1. Mensis Elul, sive September, qui primus Coptorum est, vocaturque Aequinoctium auctumnale, quia horae lucis jam decrescentis duodecim sunt, ܣܗܪܐ ܐܝܠܘܠ وهو اول الشهور القبطية وهو الاعتدال الخريفي لان النهار يكون فيه اثنا عشر ساعة ثم يابد في النقص, fol. 1. Ad calc. كمل شهر توت Explicit. mensis Tot; oratque scriba preces legentium.

2. Mensis Babeh, sive Teshrin prior, h. e. October, ܣܗܪܐ ܕܒܐܒܗ ܬܫܪܝܢ ܐܠܐܘܠ, fol. 24.

3. Mensis Hathur, sive November, ܣܗܪܐ ܗܬܘܪ, fol. 43.

4. Mensis Chihach, sive December, ܣܗܪܐ ܟܝܗܟ, fol. 71.

5. Mensis Tobeh, sive Januarius, ܣܗܪܐ ܛܘܒܗ, fol. 101.

6. Mensis Amshir[a], sive Februarius, ܣܗܪܐ ܐܡܫܝܪ, fol. 139.

Colophon; نجز هذا الكتاب المبارك المسمي سنكساري في ليلة الاربعا في تسعة في كانون الاخر سنة الف وثمان مايه واثنين وثمانين للاسكندر اليوناني • Explicit. hic liber benedictus cui nomen Synaxarion nocte feriae quartae die nono Canun posterioris anno 1882 Alexandri Graeci.

Hujus Synaxarii auctor forte fuit Michael, episcopus Meligensis, de quo cf. Assem. B.O. i. 624. [HUNT. 289.]

96.

Codex bombycinus in folio, ff. 227 constans, fine mutilus, binis columnis, charactere Nestoriano, A. C. 1483 luculenter exaratus. Inest;

Menaei in totum annum menses September et October, in usum Melchitarum. Rubricae et preces quaedam Arabice scriptae sunt[a].

Tit. ܒܫܡܗ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܚܘܕܪܐ ܕܫܢܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܝܘܢܝܐ ܡܝܢܐܘܢ ܀ In nomine Trinitatis scribere adgredimur librum in anni circulum, quod apud Graecos Μηναῖον vocatur.

1. Mensis September, qui anni principium est.

Die i, Commemoratio S. Simeonis montani[b] stylitae, et matris ejus Marthae, اليوم الاول من شهر ايلول ابتدا التاريخ اي السنة الجديدة وذكر البار سمعان الجبلي العامودي فامه مرتة, fol. 1.

Die ii, Coronatio martyris Mamantis, et Joannis jejunatoris, ܟܘܠܠ ܣܗܕܐ ܡܪܝ ܡܡܐ, ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܨܝܡܐ, fol. 6.

Die iii, Coronatio Anthimi episcopi, ܟܘܠܠ ܪܝܫܟܗܢܐ ܐܢܬܝܡܘܣ, fol. 10.

Die iv, Coronatio martyris Babylae, Antiochiae episcopi, et discipulorum ejus; necnon martyris Edesseni Mar Sherbal[c], ܟܘܠܠ ܣܗܕܐ ܡܪܝ ܒܒܘܠܐ ܪܝܫ ܟܗܢܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܬܠܡܝܕܘܗܝ: ܘܣܗܕܐ ܡܪܝ ܫܪܒܝܠ, fol. 12.

---

[a] Greswellius, Fast. Cathol. vol. ii. hos menses Aegyptiacos sic scribit; Thoth, Phaophi, Athyr, Chaeac, Tybi, Mecheir. Iisdem literis, quibus codex, ipse usus sum.

[a] In initio folium exstat figuris geometricis, variis coloribus depictis, quibus inscriptio Arabica circumdatur, ornatum. Multae etiam in codice insunt miniaturae operis intertexti.

[b] Ex hoc loco corrigi potest cod. Dawk. xviii, fol. 1 (cf. supra, p. 218), ubi vocatur Stylita الحلبي Aleppensis; nam minime ex Halebo, sed ex pago Sisa inter Syriam et Ciliciam sito oriundus est. Unde certe pro حلبي reponendum est جبلي *montanus*. Sic enim de eo Menaeum Graecum, die Sept. i, Συμεὼν ὁ στυλίτης, ὁρμούμενος ἀπὸ τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας, κώμης Σισᾶν. Commemoratur etiam ibi ἡ ὁσία Μάρθα, μήτηρ τοῦ ὁσίου.

[c] In Graecorum Menaeo vocatur Ζάρβηλος: die v autem Septembris commemoratur Σάρβιλος, nisi forte ambo iidem sunt. Ambo enim Edesseni, et in paene iisdem verbis celebrantur; sc. βέβηλον ὁ Ζάρβηλος οὐ σέβων σέβας, ἀνδρῶν βεβήλων χερσὶ βάλλεται λίθοις: et ὁ Σάρβιλος βέβηλον οὐ σέβων σέβας, ἀνδρῶν βεβήλων χερσὶ βάλλεται λίθοις.

Die v, Commemoratio Zachariae prophetae, Joannis baptistae patris; necnon SS. martyrum Thuthael, et Boethi[d], ܕܘܟܪܢܐ ܙܟܪܝܐ ܢܒܝܐ: ܐܒܘܗܝ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ: ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ: ܡܪܝ ܬܘܬܐܝܠ: ܘܡܪܝ ܒܘܐܬܝ, fol. 16.

Die vi, Festum miraculi Michaelis archangeli, quod in Chonis[e] factum est; necnon commem. mart. illustris Eudoxii; et gesta Macarii et Zenonis, ܥܐܕܐ ܕܬܕܡܘܪܬܐ ܕܪܝܫ ܡ̈ܠܐܟܐ ܡܝܟܐܝܠ ܕܗܘܬ ܒܟܘܢܐܣ ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܢܨܝܚܐ ܐܘܕܘܟܣܝܘܣ: ܘܕܘܒܪܐ ܕܠܗ ܡܩܪܝܘܣ ܘܙܝܢܘܢ, fol. 23.

Die vii, Profestum Deiparae, et commem. S. Abraham, qui primo fuit latro, sed gratiam in coenobio mulierum adeptus est; item S. Sozontis; ܩܘܒܠ ܕܥܐܕܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ: ܘܕܘܟܪܢܗ ܕܩܕܝܫܐ: ܐܒܪܗܡ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܩܕܡܝܐ: ܠܣܛܝܐ ܘܐܬܚܣܝ ܒܕܝܪܐ ܕܢܫ̈ܐ: ܘܕܘܟܪܢܗ ܕܩܕܝܫܐ ܣܘܙܘܢܛܘܣ, fol. 28.

Die viii, Festum nativitatis Deiparae, ܥܐܕܐ: ܩܕܝܫܐ: ܕܝܠܝܕܘܬܗ ܕܡܪܬܢ: ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ, fol. 32.

Die ix, Festum Joachim et Annae, parentum Deiparae, ܥܐܕܐ ܕܟ̈ܐܢܐ ܘܝܠ̈ܘܕܐ ܝܘܐܩܝܡ ܘܚܢܐ ܐܒ̈ܗܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ, fol. 41.

Die x, Commem. SS. martt. Menadorae, Metrodorae, et Nymphodorae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܬܐ ܩܕ̈ܝܫܬܐ: ܡܝܢܕܘܪܐ ܘܡܝܛܪܘܕܘܪܐ ܘܢܝܡܦܘܕܘܪܐ, fol. 44.

Die xi, Commem. S. piaeque Theodorae, matris nostrae, ܕܘܟܪܢܐ: ܕܚܣܝܬܐ ܘܩܕܝܫܬܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܐܡܐ ܕܝܠܢ, fol. 46.

Die xii, Commem. hieromartyris S. Autonymi, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܒܟܗܢܘܬܐ ܩܕܝܫܐ ܐܘܛܘܢܘܡܘܣ, fol. 48.

Die xiii, Festum dedicationis templi resurrectionis Dñi in Hierosolymis, et profestum crucis, ܥܐܕܐ ܕܩܘܕܫ ܗܝܟܠܐ ܕܩܝܡܬܐ ܡܪܢܝܬܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ ܘܬܘܩܕܡܬܗ ܕܥܐܕܐ ܕܙܩܝܦܐ, fol. 50.

Die xiv, Elevatio crucis, ܪܘܡܪܡܗ ܕܙܩܝܦܐ, fol. 56.

Die xv, Commem. S. mart. Nicetae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܢܝܩܛܐ, fol. 66.

Die xvi, Coronatio mart. Euphemiae, Chalcedonensis, ܟܘܠܠ ܕܣܗܕܬܐ ܐܘܦܝܡܝܐ: ܗܝ ܕܟܠܩܝܕܘܢܝܐ, fol. 68.

Die xvii, Coronatio martt. Sophiae et trium filiarum ejus, ܟܘܠܠ ܣܗܕܬܐ: ܨܘܦܝܐ: وبناتها الثلثه, fol. 71.

Die xviii, Commem. S. hieromart. Eumenii, illustris inter martyres, ܕܘܟܪܢܐ: ܩܕܝܫܐ ܘܡܟܗܢ ܒܣܗ̈ܕܐ. ܐܘܡܢܝܘܣ ܢܨܝܚܐ ܒܣܗ̈ܕܐ, fol. 74.

Die xix, Commem. SS. martt. Trophimi et sociorum ejus, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܛܪܘܦܝܡܘܣ: ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ, fol. 76.

Die xx, Commem. SS. martt. Eustathii, et uxoris ejus, et filiorum, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ: ܐܘܣܛܐܬܝܘܣ ܘܐܢܬܬܗ ܘܒܢ̈ܘܗܝ, fol. 78.

Die xxi, Commem. episcopi Quadrati, apostoli; necnon miraculi quod in dracone[f] occidendo in coenobio celebri montis Nigri prope Daphnen in regione Antiochena, edidit Deipara; item Jonae prophetae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܘܕܪܐܛܘܣ [l. ܩܘܐܕܪܐܛܘܣ] ܘܗܘ ܕܗ̄ܘ ܕܡܪܬܢ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ: ܟܕ ܩܛܠܬ ܬܕܡܘܪܬܐ ܒܬܢܝܢܐ ܕܒܛܠܬ ܒܕܝܪܐ ܕܡܬܝܕܥܐ ܒܫܘܦܪܐ ܒܛܘܪܐ ܐܘܟܡܐ ܒܟܘܪܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܡܕܝܢܬܐ: ܘܗܘ ܕܗ̄ܘ ܕܝܘܢܢ ܢܒܝܐ, fol. 81.

Die xxii, Coronatio mart. illustris Phocae,

[d] Boethus ex Anazarbo in Cilicia oriundus, fastis Latinis ignotus, in menaeis Graecorum die v Feb. commemoratur.

[e] Chonae antiquitus Colossae vocabantur; et sic Men. Gr. ἐν κολοσσαῖς τῆς φρυγίας, ἤτοι ἐν χώναις.

[f] In hujus festi officiis Thekla protomartyr a dracone ad virginem Mariam effugisse dicitur, quae occiso dracone eam servavit.

et discipuli ejus Joannis, ܟܘܠܠ ܗܘܕܐ ܢܝܫܐ ܩܘܐܗ ܘܬܠܡܝܕܗ ܝܘܚܢܢ, fol. 86.

Die xxiii, Festum adnuntiationis Zachariae sacerdotis de conceptione Joannis baptistae, : ܣܒܪܐ ܕܣܘܒܪܐ ܕܙܟܪܝܐ ܟܗܢܐ ܒܒܛܢܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ, fol. 91.

Die xxiv, Thekla protomartyr, تقلا اول الشهيدات, fol. 94.

Die xxv, Commem. terrae motus terrifici, et S. Euphrosynae, تذكار الزلزله المرهوبه : وذكر البارة فروسيني, fol. 98.

Die xxvi, Coronatio Joannis theologi, ܟܘܠܠ ܝܘܚܢܢ الثاولوغس, fol. 103.

Die xxvii, Commem. S. mart. Callistratri; item S. mart. dñae Mariae de succursu [?], ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܩܠܠܣܛܪܛܘܣ : ܘܣܗܕܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܪܬܝ ܡܪܝܡ ܕܡܥܕܪܢܘܬܐ, fol. 107.

Die xxviii, Commem. pii S. Charitonis, ܕܘܟܪܢܗ : ܢܨܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܟܪܝܛܘܢ, fol. 109.

Die xxix, Commem. pii Cyriaci, ܕܘܟܪܢܐ ܕܢܨܝܚܐ ܩܘܪܝܩܘܣ, fol. 112.

Die xxx, Commem. hieromartyrum Gregorii, Armeniae magnae episcopi, et S. Ripsimiae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܟܗܢܐ ܒܣܗܕܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܪܒܬܐ ܘܪܝܦܣܝܡܝܐ ܩܕܝܫܬܐ, fol. 115.

Ad calc. ܐܫܬܠܡ ܘܐܬܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢܐܘܢ ܕܐܝܬܘܗܝ ܝܪܚ ܐܝܠܘܠ ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܝܘܡ ܫܒܬܐ ܕܡܪܝ ܐܠܥܙܪ ܀ ܝ̄ܕ ܀ ܝܘܡ ܡܢ ܝܪܚ ܐܕܪ ܫܢܬ ܫܬܐ ܐܠܦܝܢ ܘܬܫܥܡܐܐ ܘ̄ ܀ ܦ̄ܘ ܀ ܠܐܒܘܢ ܐܕܡ ܕܫܠܡܐ ܥܠܘܗܝ ܀ ܀ ܘܟܬܒܗ ܐܢܫܐ ܚܛܝܐ ܘܡܣܟܢܐ ܘܡܛܠܫ ܒܥܘܠܐ ܘܛܢܦܘܬܐ ܘܩܢܘܪܐ ܘܪܥܠܐ ܕܩܩܠܬܐ ܘܣܝܢܐ ܕܟܠ ܪ̈ܓܠܐ ܕܠܐ ܫܘܐ ܕܠܐ ܕܬܬܕܟܪ ܡܛܠ ܫܘܒܗܪܐ ܘܬܗܪܬܐ ܀ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܠܒܗܘܢ ܐܚܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܐܝܬ ܒܠܒܗܘܢ ܐܪܚܡܐ ܟܬܒ ܫܡܗ ܨܠܝܒܐ ܒܪ ܣܪܘܪ ܒܪ ܣܥܝܕ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܐܠܟܦܘܪ ܕܒܬ ܠܘܝܬܐ ܕܒܬܪܘܢ ܡܢ ܛܘܪܐ ܕܠܒܢܢ ܐܠܗܐ ܢܚܣܐ [l. ܢܚܘܣ] ܠܗ ܘܠܐܒܗ̈ܘܗܝ, [l. ܘܠܐܒܗ̈ܘܗܝ] ܘܠܐܚܘ̈ܗܝ, ܘܠܟܠ ܕܩܪܐ ܒܗ ܘܡܨܠܐ ܥܠܘܗܝ, ܒܨܠܘܬܗ ܕܡܪܬܝ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܐܡܝܢ ܘܟܠ ܚܕ ܐܝܟ ܨܠܘܬܗ ܢܦܪܘܥ ܀ ܀ ܒܝܘܡܝ ܐܒܘܢ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܘܡܠܦܢܐ ܕܝܠܢ ܦܪܘܢ، ܡܘܫܐ ܒܪ ܡܫܡܫܢܐ ܫܡܥܘܢ. ܐܠܗܐ ܢܬܪܚܡ ܥܠ ܟܬܘܒܐ ܒܨܠܘܬܗ ܐܡܝܢ ܘܒܝܘܡܝ ܟܗܢܐ ܐܒܪܗܡ ܡܫܡܫ ܕܝܪܐ ܘܣܡܟܐ ܦܪܝܫ ܘܟܗܢܐ ܐܠܗܘܢ ܘܟ̄ܗ ܢܘܗܪ ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܫܡܫ ܘܡܪ̄ܝ ܡܥܘܒ ܒܪ ܟܘܪܝ، ܡܘܫܐ ܘܒܢܘܗܝ ܡܠܦܢܐ ܕܝܠܗ ܡܪ̄ܝ ܡܪܩܘܣ ܐܠܗܐ ܡܚܣܢܐ ܠܟܬܘܒܐ ܒܨܠܘܬܗܘܢ. ܐܡܝܢ ܀ ܀ وكانوا المهتمين فيه الاب الخوري موسي والاب القس ابراهيم وكتبوه علي اسم القديس مار جرجس من رزقه ما لاحد سلطان من الله يغيره من القديس مار جرجس ولا يرهنه ولا يبيعه الا بسبب نساخه ويرده للقديس ومن حبس وغيره باعه او ارهنه كان المسيح خصمه والقديس مار جرجس طليبه يوم القيامه وحضه مع الذين قالوا اصلبه اصلبه ∴ Scriptus est et absolutus hic liber Menaei, qui mensis Elul est, Trinitatis auxilio, sabbatho Mar Lazari, die 14 mensis Adar, A. 6986 patris nostri Adam, cui sit pax. Scripsit eum vir peccator, vilis, rebus inhonestis inquinatus, qui fimus et purgamentum et stercus sterquiliniorum et sordes sub omnium pedibus, neque dignus qui superbiae et admirationis causa commemoretur, sed propter fratres qui credunt, quorum in corde inest misericordia, scripsit nomen suum Salibi, fil. Serur, fil. Said, e pago Elchafur e praefectura Botryn, in monte Libano. Sit ei propitius Deus, et parentibus ejus et fratribus, necnon omnibus qui inter legendum pro eo orent, propter preces dñae nostrae Deiparae, et S. Mar Georgii et omnium sanctorum, Amen. Cuique autem secundum preces suas sit remuneratio. Scripsit diebus patris et doctoris nostri, parochi Mosis, fil. diac. Simeonis, cujus propter preces sit Deus in scribam misericors, Amen: necnon diebus sacerdotis Abraham, qui coenobio ministrat, et sac.

Pharaj, et sac. Eliae, et sac. Josephi, et diac. Josephi, et diac. Jacobi, fil. parochi Mosis; necnon diebus doctoris nostri diac. Sergii, quorum propter preces sit Deus scribae propitius, Amen.—Qui autem hujus transcriptionis curam gesserunt, pater parochus Moses, et pater presbyter Abraham fuerunt, qui librum in nomine S. Mar Georgii, et ejus impensis scripserunt: neque cuivis a Deo concessum est, ut eum a S. Mar Georgio amoveat, neque oppigneret, nec vendat, nisi sit ad eum transcribendum, quo facto ad sanctum restituere debet. Si quis autem fraude eo potitus sit, vel pretio accepto permutet, vel pro pignore deponat, sit ei Christus adversarius, et S. Mar Georgius accusator in die resurrectionis, et sors ejus (ܦܠܓܗ) cum iis qui dixerunt Crucifige eum, crucifige eum.

2. Mensis Octobris.

Die i, Festum Ananiae apostoli, Damasci episc., qui apostolum Paulum baptizavit; it. commem. S. Romani, ܬܘܒ ܡܥܢܝܬܐ ܐ̄: ܥܐܕܐ ܐ̄: ܒܗ ܒܐܕܪ: ܫܠܝܚܐ ܚܢܢܝܐ ܗܘ ܕܥܡܕܗ ܠܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܕܪܡܣܘܩ : وذكر البار رومانوس, fol. 119.

Die ii, Coronatio episcopi Cypriani, et S. virginis Justinae, ܟܘܠܠ ܡܪܝ ܩܘܦܪܝܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ : ܘܒܬܘܠܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܝܘܣܛܝܢܐ, fol. 123.

Die iii, Coronatio episcopi Dionysii Areopagitae, ܟܘܠܠ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܪܝܘܦܓܝܛܘܣ, fol. 128.

Die iv, Commem. S. patris nostri Hierothei, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܐܝܪܘܬܐܘܣ, fol. 133.

Die v, Commem. S. mart. Christinae[g], ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܟܪܝܣܛܝܢܐ, fol. 135.

Die vi, Thomas apostolus, ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ, fol. 137.

Die vii, Martt. SS. Sergius et Bacchus, ܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ : ܣܪܓܝܣ ܘܒܟܘܣ, fol. 141.

Die viii, Commem. S. piaeque Pelagiae, ܕܘܟܪܢ ܩܕܝܫܬܐ ܘܢܟܦܬܐ ܦܠܓܝܐ, fol. 149.

Die ix, Commem. S. apost. Jacobi, fil. Alphaei, ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܚܠܦܝ, fol. 151.

Die x, Commem. SS. martt. Eulampii et Eulampiae, necnon S. Mar Euthalii, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܘܠܡܦܝܐ ܥܡ ܐܘܠܡܦܝܐ ܚܬܗ ܘܢܟܦܐ ܡܪܝ، ܐܘܬܠܝ, fol. 154.

Die xi, Commem. septem synodorum[h], h. e. conventuum. O Sancti[i], scire oportet quod haec commemoratio dominica, quae prima diem decimum hujus mensis sequitur, recitari debet, ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܒܥ ܣܘܢܗܕܘܣ ܗܢܘ ܕܐܝܟ ܟܢܘܫܝܐ: ܠܐ [ܩܕ̈ܝܫܐ] ܙܕܩ ܠܡ ܕܢܕܥ ܕܗܢܐ ܕܘܟܪܢܐ ܡܪܝܢܝܐ ܗܘ ܕܒܬܪ ܥܣܪܐ : ܕܝܪܚܐ ܬܫܪܝܢ ܩܕܡ ܒܝܪܚܐ ܦܠܐ ܕܢܬܐܡܪ. Eodem die, Commem. S. Zenaidis, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܬܐ ܙܝܢܐܝܕܘܣ, fol. 158.

Die xii, Commem. SS. martt. Probi, Tarachi, et Andronici, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܦܪܘܒܘܣ ܛܪܟܘܣ ܘܐܢܕܪܘܢܝܩܘܣ, fol. 162.

Die xiii, Commem. S. martt. Eustathii et sociorum ejus, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܡܪܝ، ܐܘܣܛܬܝܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘ, fol. 165.

Die xiv, Commem. SS. martt. Nazarii, Protarii, Gorbasii, et Gelasii, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ : ܢܙܪܝܘܣ ܘܦܪܘܛܐܪܝܘܣ ܘܓܘܪܒܐܣܝܘܣ ܘܓܠܣܝܘܣ, fol. 170.

Die xv, Commem. mart. Luciani, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܠܘܩܝܢܘܣ, fol. 172.

g In Graecorum Menaeo commemorata est Charitine.

h Apud Graecos commemoratur tantum synodus septima patrum, qui Nicaeam adversus Copronymum et asseclas ejus convenerunt.

i Vox *Sancti*, ܩܕ̈ܝܫܐ, e Cod. Dawk. xx, fol. 77 supplenda est.

Die xvi, Commem. beati mart. Longini centurionis, qui cruci Dñi adstitit, ܕܘܟܪܢܗ ܕܣܗܕܐ ܠܘܢܓܝܢܘܣ ܩܢܛܪܘܢܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠ ܙܩܝܦܗ ܕܡܪܢ, fol. 174.

Die xvii, Commem. S. Hoseae prophetae, et coronatio SS. martt. Cosmae, Damiani, et fratrum eorum, ܕܢܒܝܐ ܘܣܗܕܐ ܐܘܫܥ ܘܟܠܠܐ ܕܣܗܕܐ ܩܘܙܡܐ ܘܕܡܝܢܘܣ ܘܐܚܝܗܘܢ, fol. 177.

Die xviii, Commem. S. apostoli Lucae evang., ܕܘܟܪܢܐ: ܕܫܠܝܚܐ ܘܣܗܕܐ ܠܘܩܐ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ, fol. 181.

Die xix, Coronatio mart. et episc. Mar Cononis; et mart. Vari; item comm. prophetae Joel, ܟܠܝܠܐ ܕܣܗܕܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܪܝ ܩܘܢܘܢ. ܣܗܕܐ ܐܘܪܘܣ ܘܕܘܟܪܢܐ ܝܘܐܝܠ ܢܒܝܐ, fol. 186.

Die xx, Coronatio magni mart. Artemii, ܟܠܝܠܐ ܕܣܗܕܐ ܪܒܐ ܐܪܛܡܝܣ, fol. 190.

Die xxi, Commem. S. magni Hilarionis, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܝܠܪܝܘܢ ܪܒܐ, fol. 193.

Die xxii, Commem. episc. Abercii, et septem in Epheso puerorum, ܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܝ ܐܒܝܪܩܝܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܫܒܥܐ ܛܠܝܐ ܕܐܦܣܘܣ, fol. 196.

Die xxiii, Commem. S. apost. Jacobi, Dñi fratris, ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ, fol. 201.

Die xxiv, Commem. S. mart. Arethae, et sociorum ejus, qui numero erant 4252, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܐܪܬܐ ܘܕܥܡܗ ܕܡܢܝܢܗܘܢ ܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܘܡܐܬܝܢ ܘܚܡܫܝܢ ܘܬܪܝܢ, fol. 205.

Die xxv, Commem. SS. martt. scribarum Marciani et Martyrii, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܡܪܩܝܢܘܣ ܘܡܪܛܘܪܝܘܣ ܟܬܒܐ, fol. 208.

Die xxvi, Coronatio Demetrii; it. inventio capitis Mar Joannis baptistae; it. memoria terrae motus qui diebus regis Leonis accidit, ܟܠܝܠܗ ܕܕܡܛܪܝܘܣ ܘܫܟܝܚܬܗ ܕܪܫܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܙܘܥܐ ܕܗܘܐ ܒܝܘܡܝ ܠܐܘܢ ܡܠܟܐ, fol. 210.

Die xxvii, Commem. mart. Nestoris, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܢܣܛܘܪܝܣ, fol. 215.

Die xxviii, Commem. S. mart. Terentii, et Nilaeae uxoris ejus, et liberorum Niti, Sarbilii, Photii, et Hieracis[k], ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܛܪܢܛܝܘܣ ܘܢܝܠܐ ܐܢܬܬܗ ܘܒܢܝܗܘܢ ܢܝܛܐ ܣܪܒܝܠܐ ܦܘܛܝܘܣ ܘܐܝܪܐܩܣ, fol. 218.

Die xxix, Commem. mart. in piis Anastasiae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܬܐ ܒܟܢܐܢܘܬܐ ܐܢܣܛܣܝܐ, fol. 220.

Die xxx, Commem. hieromart. Zenobii, et sororis ejus Zenobiae; item episc. Cyriaci, ܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܕܟܗܢܐ ܙܢܘܒܝܘܣ ܘܙܢܘܒܝܐ ܚܬܗ. ܘܕܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ, fol. 222.

Die xxxi, Commem. SS. apostolorum Stachyos, Ampliae, Urbani, Amplii, Aristobuli, Hieracis, etc., ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܣܛܟܝܣ ܘܐܡܦܠܝܣ ܘܐܘܪܒܢܘܣ ܘܐܡܦܠܝܘܣ ܘܐܪܣܛܘܒܘܠܘܣ ܘܐܝܪܐܩܣ ܘܕܥܡܗܘܢ, fol. 224.

Colophon madore corruptus periit. Excipit mensis Novembris titulus; caetera desunt. [DAWK. 2.]

97.

Codex e duobus fragmentis confectus, sc.

1. Codice membranaceo in folio, ff. 18 constante, pervetusto, charactere Nestoriano exarato. Insunt;

Epistolarum divi Pauli fasciculi duo, tertius sc., et septimus. Tertio, qui ad finem codicis relegatus est, inest Rom. xi. 26—1 Cor. v. 11; septimo, qui primum locum tenet, Gal. i. 1—Eph. ii. 12.

2. Codice bombycino laevigato in folio,

[k] Graece vocantur Νεονίλλα, Νιττᾶς, Σάρβιλος, Φωτᾶς, Ἱέραξ.

ff. 145 constante, saeculi forte decimi quarti, mutilo, initio fineque carente, binis columnis, charactere Nestoriano, manu minuta eleganter exscripto. Inest;

Menaei in totum annum menses September, October, November, December, Januarius.

Titulus et ff. 1, 2 desunt. In fol. 3 finis commem. Simeonis stylitae. In caeteris ea tantum notavi quae e codice proxime antecedente discrepant. Scilicet;

1. In mense Septembri omissi sunt,

Die ii, Joannes jejunator, fol. 5.
Die iv, Sherbal, fol. 8.
Die v, Boethus, fol. 10.
Die xxi, Quadratus, fol. 39.

E contra die x, praeter Menadoram et socias ejus celebratur ܥܡܗܝܢ ܡܬܒܪܟܐ ܗܘ ܚܕܒܫܒܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪܐܦܣܒܐ ⁘ S. Dies-dominicus qui vocatur Baripsabas, fol. 24. Postea rectius scriptus est ܒܪܝܦܣܒܐ, e qua voce forte fluxit Gr. Βαριψαββᾶς. Fuit autem eremita mythicus, qui quum Christi sanguinem a Jacobo quodam in cucurbita die crucifixionis exceptum nactus sit, aegrotos sanavit; qua de causa ab infidelibus, fustibus contritus, interfectus est. Die xxv in loco S. Euphrosynae commemorantur Sabenianus, Paulus, et Titus, fol. 46. Denique die xxvi pro ܫܘܢܝܗ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ exstat ܡܫܢܝܢܘܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ, migratio, sive μετάστασις Joannis evang., fol. 49.

Fol. 22 deest; ff. 22—26, signis Copticis ad folia adpositis errore scribae bis numerantur; fol. 36 denique post fol. 126 petendum.

2. In mense Octobri omissi sunt,

Die x, Euthalius, fol. 70.
Die xix, Conon, fol. 81: et die xxvi notatur, quod capitis Baptistae inventio quae ibi celebratur ea est quae secunda vice occurrit, sc. وجود راس المعظم يوحنا المعمدان الوجود الثاني.

Ff. 58, 59, recentiore manu sunt; desunt ff. 66, 84, 85, 92, 93; denique numerus 77 a scriba incuria omissus est.

3. Mensi Novembri, ܝܪܚܐ ܬܫܪܝܢ ܐܚܪܝܐ, insunt;

Die i, SS. martt. Cosmas et Damianus, ܩܕܝܫܐ ܣܗܕܐ ܩܘܙܡܐ ܘܕܡܝܢܘܣ fol. 96.

Die ii, SS. martt. Akindynus et sodales ejus, ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ: ܐܩܢܕܝܢܘܣ ܘܚܒܪܘܗܝ, ibid.

Die iii, SS. martt. Akepsimas et sodales ejus; necnon Encaenia templi megalomartyris Georgii, ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ ܐܩܦܣܝܡܐ: ܘܚܒܪܘܗܝ: ܘܚܘܕܬܐ: ܗܝܟܠܐ ܕܒܝܬ ܣܗܕܐ ܪܒܐ ܓܝܘܪܓܝܣ, fol. 97.

Die iv, Commem. S. hieromart. Nicandri et sodalium ejus, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܢܝܩܢܕܪܘܣ ܟܗܢܐ ܣܗܕܐ ܘܚܒܪܘܗܝ, fol. 99.

Die v, Commem. S. mart. Galactionis, et sodalium ejus, ܕܘܟܪܢܐ: ܕܩܕ̄ ܘܣܗ̄: ܓܠܐܩܛܝܘܢ ܘܚܒܪܘܗܝ, fol. 100.

Die vi, Commem. S. Pauli confessoris, archiepisc. Constantinopoleos, ܕܘܟܪܢܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ܦܘܠܘܣ ܡܘܕܝܢܐ. ܪܝܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦܘܠܝܣ, fol. 101. Desunt ff. 102—106.

Die x, Finis officiorum SS. martt. Olympae, Rhodionis, Sosipatris, Tertii, et Orestis, fol. 107.

Die xi, Commem. SS. martt. Menae et sodalium, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕ̄ ܣܗܕܐ ܡܝܢܐ ܘܚܒܪܘܗܝ, ibid.

Die xii, Joannes Eleemosynarius, Alexandriae patriarcha, ܝܘܚܢܢ ܡܪܚܡܢܐ: ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ, fol. 108.

Die xiii, Commem. S. Joannis Chrysostomi, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ: ܝܘܚܢܢ ܦܘܡ ܕܗܒܐ, fol. 109.

Die xiv, Commem. S. Philippi, qui fuit e duodecim apostolis, ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ : ܦܝܠܝܦܘܣ : ܕܡܢ : ܝܒ :, fol. 110.

Die xv, Commem. confessorum et sodalium eorum, ܕܘܟܪܢܐ ܕܡܘܕܝܢܐ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ, fol. 111. Hi confessores erant Gurias, Samonas, et Habib.

Die xvi, Commem. Matthaei apost., ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܡܬܝ, fol. 114.

Die xvii, Commem. S. episc. Gregorii Thaumaturgi, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܪܒ ܟܗܢܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܘܐܬܘ̈ܬ, fol. 115.

Die xviii, Coronatio SS. martt. Plotini [Platonis] et Romani, ܟܘܠܠ ܣܗܕ̈ܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܦܠܛܝܢܘܣ ܘܪܘܡܢܘܣ, fol. 116.

Die xix, Commem. S. prophetae Abdiae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܢܒܝܐ ܩܕܝܫܐ ܥܒܕܝܐ, fol. 118.

Die xx, Profestum praesentationis Deiparae, et commem. Procli et sodalium, ܩܕܡܥܐܕܬܐ ܥܐܕܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܦܪܘܩܠܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ, fol. 119.

Die xxi, Festum ingressus Deiparae in templum, quum parentes ejus eam in templum, cui nomen Sanctum Sanctorum, induxerint, ܥܐܕܐ ܕܡܥܠܬܗ̇ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܠܗܝܟܠܐ: ܟܕ ܐܥܠܘܗ̇ ܐܒܗ̈ܝܗ̇ ܠܗܝܟܠܐ ܕܡܬܩܪܐ ܩܘܕܫ ܩܘܕ̈ܫܐ, fol. 121.

Die xxii, Commem. apost. Philemonis, ܕܘܟܪܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܦܝܠܝܡܘܢ, fol. 124.

Die xxiii, Commem. S. Amphilochii, archiepisc. Iconii, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܡܦܝܠܘܟܝܘܣ ܪܝܫ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ : ܕܐܝܩܘܢܝܘܢ, fol. 125.

Die xxiv, Commem. Gregorii episc. Agrigenti, ܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܝ ܟܗܢܐ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܕܐܓܪܝܓܢܛܝܘܣ, fol. 126.

Die xxv, Commem. SS. patrum nostrorum Clementis et sodalium, ܕܘܟܪܢܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܩ̈ܕܝܫܐ ܩܠܝܡܝܛܘܣ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ, fol. 127.

Die xxvi, Commem. S. patris nostri Alypii stylitae, ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܒܘܢ ܕܝܠܢ ܐܠܘܦܝܘܣ ܐܣܛܘܢܝܐ, fol. 129.

Desunt ff. 130—171; alia manu sunt ff. 172—182. Quae sequuntur vix digna sunt quae ad amussim describerentur, nisi forte quod post fol. 185 quatuor inserta sunt folia, quibus insunt stichera in SS. Barbaram, Sabam, Nicolaum, Spiridionem, Eustratium, martyres Cretenses, et post duas paginas scripturae vacantes in Basilium. Titulus denique mensis Januarii hujusmodi est; ܫܠܡ ܣܘܟܡܗ ܕܟ̈ܢܘܢ ܘܫܘܪܝܗ ܕܟܢܘܢ ܐܚܪܝܐ : ܡܫܬܡܠܝܢ : ܕܢܦܩܝܢ ܢܘܗܪܐ ܚܕܐ ܗܢܘ ܬܠܝܬܝܐ. ܐܬܚܫܒܘܬܗ ܡܚܒܒܘܬܐ : ܗ : ܡܢ ܫܒܬܐ ܕܡܫܬܡܫܢ ܒܥܕܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܠܟܗܢܐ ܕܝܠܢ ܕܥܕ̈ܬܐ ܟܠܗܝܢ ܀

Manu recentiore multi additi sunt hymni Arabice. [Dawk. 10.]

98.

Codex bombycinus in folio, ff. (289 − 9 =) 280 constans, charactere Nestoriano bene exscriptus. Inest;

Menaeum in mensem Septembrem.

Titulus deest, necnon ff. 6, 216—223, et finis, qui tamen alia manu suppletus est. Commemorantur iidem sancti ac in Codd. Dawk. ii, x, at plenius, additis canticis, et notitia cujusque sancti, Arabice, plerumque ante canonis doxologiam septimam, ܬܫ̄ . ܐ, interposita. [Dawk. 40.]

99.

Codex bombycinus crassus in folio, ff. (199 − 28 =) 171 constans, mutilus, initio fineque carens, charactere Nestoriano, A. C. 1595, luculenter exscriptus. Inest;

Menaeum in mensem Septembrem.

Titulus deest, necnon ff. 1—25, 32, 123, 183, et post 199 omnia. Caetera paene eadem sunt ac in codd. prox. antecedentibus.

In ff. 39, 94, 120, 184 paene idem occurrit colophon, quem e fol. 184 descripsi, sc. كمل اليوم الرابع وعشرين من شهر ايلول سنة عم..١ علي يد اقـل الناس واذلهم واحقرهم زوسيما ابن الخوري داوود من قرية بطران ومعاملة طرابلس الشام سنة الف واربع للهجرة • Explicit. dies xxiv mensis Elul anno 1004 manu vilissimi et turpissimi et humillimi hominum, Zosimi, fil. parochi Davidis, ex urbe Botran e provincia Tripolitana Damasci, anno 1004 Hajrat, h. e. C. 1595. [DAWK. 49.]

100.

Codex bombycinus in quarto, ff. (220 − 21 =) 199 constans, mutilus, fine carens, saeculi forte decimi sexti, charactere Nestoriano exscriptus. Insunt;

1. Menaeum in mensem Septembrem.

Tit. ܬܘܒ ܀ ܡܥܢܝܢܐ ܪܝܫ ܫܢܬܐ ܀ ܕܡܢ ܀ *** [ܕܡܥܢܝܢܐ ?] ܀ ܐܬܘܦܣܝܣ ܀ ܐܝܟ ܚܘܫܒܢܐ ܀ ܘܫܢܐ ܀ ܐܝܠܘܠ ܪܝܫܐ ܀ Sequitur Menaeum. Principium autem anni [in Menaeo] secundum ordinem Graecum mensis Elul est.

Desunt ff. 62, 79, 95—98, 100, 102, 106—110, 176, 200—205, et officia diei ultimi paene omnia.

Die iii, in loco Anthimi commemorantur martyres Persici Gerasinus, Gerasius, Eliud, Gregorius, Zabidas, Sambithas, et Ardhormizdas princeps Moabitarum, sc. ܓܪܣܝܢ: ܘܓܪܣܝܣ: ܘܐܠܝܘܕ: ܘܓܪܝܓܘܪ: ܘܙܒܝܕܐ: ܘܣܡܒܝܬܐ: ܘܐܪܕܗܘܪܡܝܙܕ: ܪܫܐ ܕܡܘܐܒܝܐ ܀

2. Ad calc. octo folia alia manu charactere Nestoriano exarata. Insunt diei xiv Sept. officia, quo celebratur Festum Crucis. [DAWK. 30.]

101.

Codex bombycinus laevigatus in quarto, ff. 206 constans, quorum primum et ultimum chartacea sunt A. C. 1603 ad librum reficiendum addita, saeculi forte decimi quinti, charactere Nestoriano pulchre exscriptus. Inest;

Menaeum in mensem Tishrin priorem, sive Octobrem.

Tit. manu recenti, شهر تشرين الاول. Iidem sancti ac in Cod. Dawk. ii commemorantur. In marg., fol. 61, هذا الكـتـاب الي القديس مار جرجس وقف. Hic liber legatus est ad S. Mar Georgium: sed in ff. 1, 206 quae recentiora sunt eadem inscriptio quae in Cod. Dawk. xviii occurrit, هذا الكـتـاب وقف علي كنيسة طبشار وهو وداعة في كنيسة بعلبك, de qua vide supra, p. 218, not. a.

In fol. 206 colophon; رم هذا الكـتـاب المبارك شهر تشرين الاول الولد الحقير يحنا ابن القس مدلج من قرية بطرام من كفرة طرابلس الرب الاله يغفر له خطايا وخطايا والديه وخطايا جميع بني المعموديه الارثودكسيه بشفاعة السيدة ام الـنور وجميع القديسين امين وكان ذلك بسنة سبع الاف ومايه واربع لكون العالم • • وكانوا المهتمين بذلك القس يوسف والقس عبد المسيح والشيخ ابو رعد جزاهم الله بذلك الثواب ويغفر خطاياهم وخطايا والديهم بشفاعة السيدة ام النور امين • • وكان ذلك في زمان * * * مبحايل نبعة الله يخلصه من غدرات الشيطان ولا يقدر عليه انشا الله لا غدر ولا ظالم بشفاعة السيدة ام النور امين • • واذكر عبدك سركيس القندلفت وعبدك يوسف ابو يحنا يذكر لـه الله امين • • بحق رب العالمين امين • • Hunc librum benedictum mensis Teshrin prioris refecit juvenis vilis Joannes fil. presbyteri Modlaj e vico Botram in agro Tripolitano, cujus peccatis, et parentum, necnon omnium qui baptismatis orthodoxi participes sunt, veniam concedat Deus per intercessionem dñae matris lucis et omnium sanctorum Amen. Haec facta sunt A. 7104 existentiae mundi, C. 1603.—Hujus libri reficiendi cu-

ram gesserunt presbyter Josephus et presb. Abdalmessias et abbas Abura'd, quibus meritam mercedem Deus concedat, necnon peccatis veniam etc. Hoc factum est tempore [patriarchae?] Michaelis Nob'at; Deus eum protegat e fraudibus Satanae, nec contra eum, Deo favente, neque fraude neque vi valeat per intercessionem dñae matris lucis, Amen. Recordare servum tuum Sergium Alkandalkat, necnon Josephum Abuyukna; recordetur eum Deus Amen, secundum veritatem Dñi mundorum, Amen.

Ad calc. pars hymni in Christi honorem, fol. 207. [DAWK. 20.]

102.

Codex bombycinus laevigatus in fol. min., ff. 211 constans, A. C. 1587, charactere Nestoriano luculenter exscriptus. Inest;

Menaeum in mensem Decembrem in usum Melchitarum[a]. Rubricae et lectiones e S. Scripturis Arabice sunt.

In primo folio haec exstat inscriptio; هذا ما اوقف وحبس وجلد الاب الخوري سليمان علي كنيسه القدس مار اليان وسال ومتضرع لكل من كرا فيه ان يذعي له بالمغفره وغفران الخطايا ومحو الذنوب ولا لاحد سلطان من الله ان يغيره عن الكنيسه المذكوره بوجه من الوجوه يكون محروم من الله ومن كل كاهن محق • Hunc librum in pium et sempiternum usum ecclesiae S. Mar Eliae dicavit dedicavitque pater parochus Suleiman, qui omnes qui in eo legant rogat et supplicat, ut veniam remissionemque peccatorum et culparum deletionem pro eo orent: neque cuiquam a Deo concessum est ut librum aliquo modo ex ecclesia supradicta amoveat: (quod si quis fecerit,) maledictus sit a Deo et ab omnibus probis sacerdotibus.

Tit.: بسم الاب والابن والروح القدس الاه واحد شهر كانون الاول. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius, incipit mensis Canun prior.

Die i, Commem. Nahum prophetae, ذكر ناحوم النبي, fol. 2.

Die ii, Commem. Habacuc prophetae, ذكر حبقوق النبي, fol. 5.

Die iii, Commem. Sophoniae prophetae, ذكر صوفونيا النبي, fol. 9.

Die iv, Commem. mart. Barbarae, et S. Joannis Damasceni, ذكر الشاهده بربارة والبار يوحنا الدمشقي, fol. 13.

Die v, Dormitio S. Mar Sabae, نياحه البار ماري سابا, fol. 25.

Die vi, Commem. S. Nicolai, ذكر البار نيقولاوس, fol. 33.

Die vii, Commem. S. Ambrosii, episc. Mediolani, ذكر البار امبروسيوس ريس كهنه ماذيولانه, fol. 40.

Die viii, Commem. S. Sophronii, Cypri episcopi, ذكر البار صفرونيوس, fol. 45.

Die ix, Commem. conceptionis Annae, quum dñam conceperit, ذكر حبل حنه بالسيده, fol. 49.

Die x, Certamen martyrum Menae, Hermogenis, et Eugraphi, جهاد الشاهد مينا وارموجانس واوغرافس, fol. 55.

Die xi, S. Daniel stylita, البار دانيال العمودي, fol. 62.

Die xii, S. Spiridion, البار سبيريدون, fol. 67.

Die xiii, Martt. Eustratius, Auxentius, Eugenius, Orestes, Mardorius, الشهدا اوستراتيوس واوكسنتيوس واوجانيوس واورسطوس ومرذوريوس, fol. 74.

Die xiv, Commem. mart. Thyrsi et comitum, ذكر ثرصص ورفقته, fol. 79.

Die xv, Commem. Eliberii, ذكر اليبريوس, fol. 84. Rectius in ipsis officiis vocatur

[a] In fol. 183 Jacobus Baradaeus, Severus, aliique partis Monophysiticae fautores, inter haereticos recensentur.

ܐܠܘܬܪܝܘܣ, Eleutherius, sed etiam ܐܠܦܪܐ et ܐܠܦܪܝܘܣ.

Die xvi, Haggaeus propheta, النبي انجاوس, fol. 88.

Die xvii, Commem. trium puerorum, Ananiae, Azariae, et Misaelis; it. Danielis prophetae, ذكر الثلثه فتيه حانانيا عازاريا وميصايل ودانيال النبي, fol. 92.

Die xviii, Commem. SS. martt. Sebastiani et comitum ejus, ذكر الشهدا القديسين سافستيانس ورفقته, fol. 99.

Die xix, Commem. Rabulae episc., et comitum ejus, ذكر بولا الاسقف ورفقته, fol. 103. Rectius Syr. ܪܒܘܠܐ.

Die dominica prima ante nativitatem commemorantur patres antiqui Abraham, Isaac et Jacob, الاحد الاول قبل الميلاد وتذكار الابا القدما ابراهيم واسحق ويعقوب, fol. 107.

Die dominica secunda ante nativitatem, quae vocatur dominica prophetarum [b], iidem commemorantur patres, الاحد الثاني قبل الميلاد المعروف بانبي تذكار الابا ابراهيم واسحق ويعقوب, fol. 114. Ff. 116, 117 alia manu sunt.

Die xx, Profestum nativitatis, et commem. S. Ignatii, تقدمه عيد الميلاد وذكر القديس اغناتيوس, fol. 122.

Die xxi, Juliana mart., et profestum, الشاهده يوليانه وتقدمه العيد, fol. 133.

Die xxii, Anastasia mart., et profestum, الشاهده انسطاسيا والتقدمه, fol. 140.

Die xxiii, Decem mart. Cretenses, الشهدا العشره, fol. 148.

Die xxiv, Profestum, et mart. Eugenia; necnon S. Antonius, qui in Damasco e filiis Hagar martyrium subiit, تقدمه العيد والشاهده اوجانيا والقديس انطونيوس المستشهد في دمشق من بني هاجر, fol. 157.

[b] Graece vocatur ἡ κυριακὴ τῶν ἁγίων προφητῶν, et revera commemorantur omnes Veteris Testamenti sancti.

Die xxv, Vigiliae et caetera officia nativitatis, صلاه المسا اذ اتفق البارموني, fol. 165.

Die xxvi, Officia quae nativitatem subsequuntur, fol. 182.

Dom. post nativ., commemoratio Josephi sponsi Deiparae, et Davidis regis, et Jacobi fratris Dñi, الاحد الذي بعد الميلاد تذكار يوسف الخطيب وداوود الملك ويعقوب اخو الرب, fol. 188.

Die xxvii, Commem. archidiaconi et protomartyris Stephani, تذكار اول الشمامسه والشهدا استيفانس, fol. 192.

Die xxviii, Commem. viginti millium martyrum Nicomediae, ذكر الشهدا الربوتين في مدينه نيقوميديه, fol. 196.

Die xxix, Commem. infantium quos in Bethlehem interfecit Herodes, ذكر الاطفال الذين قتلهم هيرودس في بيت لحم, fol. 199.

Die xxx, S. Timotheus confessor, القديس تيموثاوس المعترف, fol. 204.

Die xxxi, Commem. S. Melaniae, ذكر البارة ملاني, fol. 207.

Ad calc. colophon; وكان الفراغ من ترسيم هذا الكتاب المبارك سادس وعشرين شهر تشرين الاول سنة سبعة الاف ثماني وثمانين لابونا ادم ابو الجبله بيد الاثيم الخاطي المسكين الحقير في الكهنه داوود باسم قس وراهب بن * * * بن داوود ابن سلام من قريه الراس المحروسه . فاي من نظر فيه يترحم عليه ولا يواخذ الناسخ المسكين بما فيه من النقص والغلط لان كل انسان ناقص والكامل هو الله وحده غفر * * * له ولوالديه ولمن قرا وترحم عليه امين • وهو برسم كنيسه القديس العظيم مار اليان في القريه المذكوره غفر الله تعالي لمن كتب واستكتب وقرا وسمع وقال امين • Excriptionis hujus libri benedicti finis factus est die 26 mensis Octobris anno 7088 patris nostri Adam, qui pater fuit creationis, C. 1507, manu peccatoris scelesti pauperis, in sacerdotio vilissimi, Davidis, nomine presbyteri et monachi, fil. * * *, fil. Davidis, fil. Salomonis,

ex urbe munita El Ras. Quicunque autem eum inspiciat, misericordem se in miserum scribam monstret, neque eum si mendam vel errorem inveniat culpet; omnis enim homo imperfectus, et solus perfectus Deus, qui, precor, veniam ei, et parentibus ejus, et cuicunque, qui inter legendum misericordem se exhibeat, concedat, Amen. Exscriptus est autem in usum ecclesiae magni sancti Eliae in urbe supradicta: Deus summus ignoscat ei qui scripsit, et qui dictavit, et qui legit, et audivit, et dixit Amen. [DAWK. 13.]

103.

Codex bombycinus laevigatus in folio, ff. 259 constans, charactere Nestoriano ab eodem scriba ac cod. 96 supra, A. C. 1520 magna incuria exscriptus. Inest;

Menaeum in mensem Decembrem ei simile quod proxime antecedit, nisi quod

Die xxvi, Festum Deiparae Mariae, ܥܐܕܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ, fol. 221.

Tit. ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܝܪܚ ܟܢܘܢ ܐ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti scribere adgredimur mensem Canun priorem.

Chartacea sunt et recentiore manu ff. 26, 202, 203, 228.

Ad calc. colophon, fine cujusque lineae mutilo; ܀ ܐܫܬܠܡ ܘܐܫܬܡܠܝ [ܟܬܒܐ ܗܢܐ :] ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܥܢܝܢܐ ܕܝܪܚ ܟܢܘܢ ܐ: ܒܝܘܡ ܬܠ: [ܝܘ ܡܢ ܝܪܚ] ܟܢܘܢ ܐ: ܫܢܬ ܫܒܥܐ ܐܠܦܝܢ ܘܥܣܪܝܢ [ܠܐܒܘܢ ܐܕܡ] ܟܬܒܗ ܕܝܢ ܐܢܫܐ ܚܛܝܐ ܘܡܣܟܢܐ ܡܫܪܝܐ [ܘܣܚܬܐ] ܘܩܠܦܬܐ ܘܠܚܡܐ ܕܩܠܩܠܬܐ ܘܬܘܐ ܕܪ̈ܓܠܐ ܕܟܠ. [ܘܠܐ ܫܘܐ] ܕܢܬܕܟܪ ܫܡܗ ܡܛܠ ܫܘܒܗܪܐ ܘܬܗܪܘ[ܬܐ: ܐܠܐ ܡܛܠ] ܐܒ̈ܗܐ ܟܗ̈ܢܐ ܘܡܫܡܫ̈ܢܐ ܘܐܚ̈ܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܕܢܬ[ܕܟܪ] ܒܨܠܘ̈ܬܗܘܢ ܟܬܒ ܫܡܗ ܨܠܝܒܐ ܒܪ ܣܪ[ܘܪ] ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܐܠܟܦܘܪ: ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܢܚܘ[ܐ ܠܗ] ܘܢܚܣܘܢ ܚܘ̈ܣܝܗܘܢ, ܠܗ ܘܠܐܒ̈ܗܘܗܝ, ܘܠܐܚ̈ܘܗܝ[,] ܘܠܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܒܗ ܘܡܨܠܐ ܥܠܘܗܝ, ܒܝܠܕܬ[ܗ ܕܡܪܬ]ܢ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܡܪ̈ܢܝܐ ܡܪܝ, ܬܐܘܡܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕ[ܝ̈ܫܐ ܐܡܝܢ.] ܟܬܒ ܕܝܢ ܒܝܘ̈ܡܝ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܩܘܪ, ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܪ *** ܘܡܫ̈ܡ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܩܘܪ, ܡܘܫܐ ܘܡܫ̈ܡ ܫܡܥ[ܘܢ ܒܪ] ܡܫ̈ܡ ܝܥܩܘܒ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܐܠܟܦܘܪ ܐܠܗܐ ܡܚ[ܣܐ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ] ܘܚܛܗ̈ܝܗܘܢ ܘܠܟܠ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܗ ܫܘ[ܬܦܘܬܐ] ܘܠܟܠ ܒܢ̈ܝ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܒܝܠܕܬܐ ܕܡܪܬܢ [ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ] ܘܟܠܗ[ܘܢ] ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܥܒܕܘ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܐ[ܡܝܢ ܀] Scriptus est et absolutus hic liber qui Menaeum est in mensem Canun priorem feria tertia die 16 mensis Decembris A. 7020 patris nostri Adam. Scripsit eum vir peccator pauper paralyticus, qui fimus est et purgamentum et stercus sterquiliniorum, et sordes sub pedibus omnium, neque dignus cujus nomen gloriationis et admirationis causa commemoretur, sed propter patres sacerdotes et diaconos et fratres fideles, ut in eorum precibus sui mentio fiat, nomen scripsit Salibaeum fil. Serur e pago Elchafur. Deus, pater misericordiarum, sit ei propitius, et veniam det peccatorum et ei et patribus fratribusque ejus, et omnibus qui inter legendum pro eo orent, propter preces dñae Deiparae, et S. Mar Thomae et omnium sanctorum, Amen. Scripsit autem in diebus patris nostri parochi Joannis, fil. ***, et diac. Jacobi fil. parochi Mosis, et diac. Simeonis fil. diac. Jacobi e pago Elchafur. Sit Deus iis propitius et peccatis eorum, et omnibus quibus hujus libri participatio est, et omnibus baptismi filiis, propter preces dñae Deiparae, et omnium sanctorum, qui Dei voluntatem fecerint, Amen.

Sequitur idem colophon Arabice, at plenius. Annus enim Adam 7020, anno Alexandri 1830, et Christi 1520 consentire dicitur. Post solita opprobria se ipsum vocat

العبد الطرير صليبا بالاسم الصغير ابن الحاج سرور ابن الحاج سعيد من قريه الكفور من معاملة البثرون • Transcriptionis curam gesserunt duo presbyteri Petrus et Theodorus ex urbe Hhardin. Denique in usum ecclesiae S. Thomae exscriptus est. [Dawk. 14.]

104.

Codex bombycinus laevigatus in folio, ff. 172 constans, utrinque mutilus, saeculi forte decimi sexti, charactere Nestoriano exscriptus. Inest;

Codex chartaceus in octavo minori, ff. 152 constans, charactere simplici Syriaco, adpositis punctis perpulchre exaratus. Inest idem libellus precum Turcice, cum eisdem Mar Ephraimi, fol. 89, et Augustini, fol. 103, orationibus.

Preces Christianas esse constat ex invocatione 1. Sanctissimae Trinitatis: 2. Dñi nostri ܐܝܣܘܣ ܟܪܝܣܛܘܣ, al. ܝܣܘܥ ܐܠܡܣܝܚ: 3. B. V. Mariae ܡܪܝܡ: et ex orationibus Ephraimi et Augustini.

Ad calc. ܐܫܬܠܡܬ. ܥܢܝܡܬܐ ܗܕܐ ܡܒܪܟܬܐ ܒܐܝ̈ܕܝܐ ܚܛܝܬܐ ܕܟܘܪܝܐ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܐܘܓܘܣܛܐ ܒܐܬܪܐ ܕܟܣܪܘܐܢ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ, ܝܘܡܐ ܕܫܒܥܣܪ ܕܬܫܪܝ ܩܕܝܡ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܠܡܪܢ ܐܠܦܐ ܠܡܪܢ ܀ Absoluta est haec praeda (?) benedicta manibus scelestis parochi [خوري] Antonii ex urbe benedicta Augusta in agro Chesrouan die sabbathi, qui dies est 17 mensis Teshrin primi, anno 1750 Dñi nostri.

Et postea; ارجو من الناظر فيه الا يواخذني بنقصي لاني كتبت ما لا انفهم لاني لا اعرف لسان التركي ونسختة بتعب كثير ÷ Spero quod quicunque in hunc librum inspiciat me propter defectum meum non corripiet: scripsi enim quod non intellexi, quia linguae Turcicae insciens sum; sed multo saltem labore exaravi. [Bod. Or. 668.]

121.

Codex chartaceus in octavo, ff. 31 constans, lingua Turcica, charactere Syriaco simplici, misere exaratus. Insunt preces et invocationes B. V. Mariae. [Bod. Or. 693.]

122.

Codex bombycinus laevigatus, in folio maximo, "mole insana," ff. 319 constans[a], quaternis fere columnis, a pluribus scribis, A. C. 1491, charactere simplici pulcherrime exaratus. Insunt;

Gregorii Bar-Hebraei opera praecipua.

1. Horreum Mysteriorum, sive Commentarius in omnes Sacrae Scripturae libros.

Tit., qui una cum folii primi parte manu recentiore refectus est, ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢ ܟܠ. ܟܬܒܝܢܢ ܟܬܒܐ ܕܐܘܨܪ ܐܪ̈ܙܐ: ܦܘܫܩܐ ܕܥܠ ܦܘܪ̈ܫܝܢ ܟܬܒܐ. ܡܢ ܣܘܢ̈ܩܐ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܕܡܬܟܢܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܀ Ope Dei omnipotentis Horreum Mysteriorum scribimus, quod Commentarius est in totum Scripturae textum, ex operibus S. patris nostri, Mar Gregorii, maphriani Orientis, cognominati Bar-Hebraei.

Constat ex praefatione, et com. in Gen. p. 1, col. 1; in Ex. p. 11, c. 4; in Lev. p. 17, c. 3; in Num. p. 20, c. 2; Deut. p. 24, c. 2; Josh. p. 28, c. 3; Judd. p. 30, c. 3; Sam. p. 33, c. 1; Psalm. p. 39, c. 1; Reges, p. 68, c. 1; Prov. p. 76, c. 1; Sirac. p. 78, c. 3; Koheleth,

[a] Multa inter pp. 419, 420 folia desiderantur.

p. 80, c. 1; Cant. Cant. p. 81, c. 1; Sap. Magnam, p. 82, c. 2; Ruth, ib. c. 3; Susannam, p. 83, c. 1; Job, ib.; Esaiam, p. 85, c. 3; Duod. Proph. p. 90, c. 2; Hierem. p. 95, c. 1; Ezech. p. 97, c. 3; Daniel. p. 100, c. 3. Ad calc. commemoratur scriba Suleiman; الرجا من كل اخ يطالع في هذا الكتاب الشريف يطلب بالغفران لخطايا الناقل سليمان •

Com. in Matt. p. 104, c. 1; Marc. p. 118, c. 1; Lucam, p. 120, c. 4; Joan. p. 129, c. 2; Act. Apost. p. 133, c. 3; Epist. Cathol. p. 137, c. 2; Epist. S. Pauli, p. 138, c. 3. Insunt praeterea; Tabula patrum ex Adamo ad Mosem, necnon annorum quos quisque vixit secundum textum Hebraicum, Syriacum, Septuagintaviralem, etc. p. 27. Tabula judicum a Jesu Bar Nun ad Saulum regem, necnon annorum quos quisque vixit, et rerum ab eo gestarum, p. 38. Tabula regum in eundum modum, p. 75. Tabula lxx hebdomadum a Daniele commemoratarum, et rerum a templo adcenso usque ad finem temporis constituti, qui per Vespasianum factus est, p. 103.

Multam in hoc commentario navavit operam Bar-Hebraeus textui Sacrae Scripturae corrigendo, quem in usum non solum versiones Syriacas adhibuit sed etiam textum Hebraicum, versionem Septuagintaviralem, necnon Aquilae, Symmachi, Theodotionis, et in Psalmis Armeniacam, et Aegyptiacam. Notavit etiam quae vocalia adponunt Nestoriani. Patres quos praecipue laudat sunt Athanasius, Basilius, Cyrillus Alex., Ephraimus, Epiphanius, Eusebius, Gregorius Nyssenus, Greg. Theologus, Hippolytus, Jacobus Edessenus, Origenes, Philoxenus, Severus. Praefationem totam ex codice Vaticano exscriptam cum versione Latina et commentario jam dedit vir cl. N. Wiseman, Hor. Syr. p. 83. Vide etiam quae exhibet Assem. B. O. ii. 277.

2. Grammatica parva in metro heptasyllabo: adcedunt in margine scholia, p. 148.

Tit. ܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܣܒܪܐ ܕܝܠܝ. ܡܫܪܐ ܐܢܐ ܕܐܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܓܪܡܛܝܩܝ: ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܕܗܘ ܕܫܟܝܢ ܠܘܬ ܩܕܝܫܐ. ܘܡܢܐ ܒܫܪܒܬ ܫܠܝܚܐ. ܢܘܗܪܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ: ܡܠܟ ܚܟܝܡܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ∴ Ope Dñi nostri Jesu Christi, spei meae, scribere adgredior librum Grammatices ex ejus operibus, qui jam apud sanctos habitat in seriem apostolorum insertus, Orientis et Occidentis lux, rex sapientum, Mar Gregorius Orientis maphrianus.

De hoc grammatica videas quae adferunt Assem. B. O. ii. 308; Cod. Cat. Vat. ii. 243, iii. 410.

3. Grammatica longior oratione soluta, cui nomen Liber Splendorum[b], p. 172.

Tit. ܒܚܝܠܗ ܕܠܐ ܡܬܡܚܠܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ. ܡܫܪܝܢ ܕܢܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܨܡ̈ܚܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܥܠ ܗܘܦܟܐ ܡܡܠܠܐ ܐܘܪܗܝܐ. ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܓܒܝܬܐ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܠܟ ܚܟܝܡܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܗܘ ܕܗܘ ܐܒܘ ܐܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ∴ Ope nunquam deficiente Jesu Christi Dei nostri, scribere adgredimur Librum Splendorum, secundum rectam loquendi normam quae apud Edessenos obtinet, ex operibus selectis patris nostri sancti, regis sapientum, Mar Gregorii Orientis maphriani, qui Abu'lpharagius, fil. Aharonis medici Militenensis.

In quatuor partes divisa est haec grammatica, sc. i. De nomine; ii. De verbo; iii. De particulis; iv. De literis, vocalibus, punctis, etc. Plura videas in B. O. ii. 307.

Ad calc. commemoratur scriba Josephus, ܗܘ̄ ܫܦܠܐ ܝܘܣܦ ܐܬܪܐ. ܬܟܢܫ ܠܟܠܗ ܡܢ ܬܪܥܘܬܗ ܟܢܫܐ ∴

[b] Nomen satis absurdum sed jam usitatum retineo: moneo tamen in voce ܨܡ̈ܚܐ inesse sensum *elucidationum*.

4. Poemata, ternis columnis exscripta, p. 238.

Tit. [Syriac] Ope Dñi et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, spei nostrae verae, scribere adgredimur sermonem rhythmicum philosophicum de perfectione, quem dixit pater noster Mar Gregorius maphrianus Orientis, qui et Bar-Hebraeus, in urbe regia Bagdad, A. G. 1588, C. 1277. Preces ejus nobiscum, Amen. Initium ejus, [Syriac]

Alia sequuntur carmina, sc.

2. De Socratis dicto, *Bona lex, sed melior philosophia*, [Syriac], p. 242. Initium, [Syriac]. 3. De sapientia divina, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. 4. De amore divino, quem vino adsimilat, [Syriac], p. 243. Initium, [Syriac]. Omnes versus in [Syriac] desinunt. 5. De eodem argumento, ibid. Initium, [Syriac]. Omnes versus in [Syriac] desinunt. Huc usque scripta sunt ab eodem Josepho, qui in p. 243 se Iberum, [Syriac], dicit. 6. De anima rationali, [Syriac], p. 244. Initium, [Syriac]. Omnes versus desinunt in [Syriac]. 7. Carmen quasi ex ore sapientiae dictum, quae se nonnisi cum amaritudine possideri posse negat, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. Omnes versus desinunt in [Syriac]. 8. Poemation in metro dodecasyllabo e quatuor lineis constans, in summo pedo ejus pastorali inscriptum, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. Omnes versus in [Syriac] desinunt. 9. De admirabili coelorum constitutione, deque variis hominum sententiis de rebus creatis: necnon de anima rationali, quae a natura divina ad corpus advenit, atque iterum ad suam naturam revertitur, ut ipse creator bonus et plenus velit, de ea volens quae ipsa eum sic velle intelligit, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. Omnes versus desinunt in [Syriac]. 10. De amico, qui cum eo disputabat, [Syriac], p. 245. Initium, [Syriac]. Omnes versus desinunt in [Syriac]. 11. De cereo, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. Carmina duo sunt, quorum primum in [Syriac], alterum in [Syriac] desinit. 13. De mense Aprili: gloria ei qui condidit eum, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. Sequuntur alia sedecim de eadem re carmina brevia. 30. Gratiarum actio ad patrem quemdam, qui ei benefecisset, [Syriac], p. 246. Initium, [Syriac]. Duo sunt carmina. 32. Ad amicum, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]

ܐܢܐ. Sequuntur viginti brevia carmina, quae Syri ܒܝ̈ܬܐ vocant, quorum singula e quaternis lineis constant, inter quae ܐܚܪܢܐ ܠܐܦܣܩܐ, ܕܠܐ ܦܠܐ ܕܐܬܡܙܓ ܒܗܦܟ ܗܘ, ܐܚܪܢܐ ܠܡܙܡܪܢ, ܒܝܢ ܬܘܕܝܬܐ ܕܗܡ ܐܢܫܝܢ, ܐܚܪܢܐ ܠܐܩܝܪ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܬܬܢܣܚܬܗ, sc. in Dionysium Angur, cujus initium, ܕܐܘܚܕܬܐ ܢܦܫܝ ܐܘ ܒܪ ܐܚܝܢ ܢܒܥܐ ܠܝܬ ܠܗ; item, ܐܚܪܢܐ ܒܝܢ ܡܫܡܫܢܐ, et ܬܘܕܝܬܐ ܠܬܠܡܝܕܐ. 53. Naenia de morte maphriani Salibaei, ܒܬܪ ܕܐܬܢܝܚ. ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܨܠܝܒܐ ܡܦܪܝܢܐ, ibid. Initium, ܕܢܝܚܬ ܣܒܝܒ ܣܒܥܐ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܡܬܢܟܪܐ. Omnes versus in ܗܢܐ desinunt. 54. De monasterio, quae suos incolas dispersit[c], ܥܠ ܕܝܪܐ ܕܒܕܪܬ ܥܡܘܪ̈ܘܗܝ, ibid. Initium, ܐܘ̄ ܠܟ ܕܝܪܐ ܠܗ ܗܘ ܐܝܬ ܗܘ ܡܒܕܪܢܝܬܐ. 55. De insipiente, qui gradum altiorem quam ei competebat acceperat, ܥܠ ܣܟܠܐ ܕܡܣܩܐ ܕܪܒܐ ܢܣܒ ܕܠܐ ܫܘܐ ܠܗ. Sequuntur ܒܝ̈ܬܐ quinque. 61. In carum amicum qui morbo oppressus est, ܠܪܚܡܐ ܡܫܡܠܝܐ ܕܐܬܬܟܠܝ ܠܗ ܒܟܘܪܗܢܐ, ibid. Initium, ܒܗ ܒܟܘܪܗܢܐ ܐܢ ܬܘܠܬܐ ܒܪ ܒܪ ܠܐܢܫܐ. Alia duodecim ܒܝ̈ܬܐ sequuntur. 74. Carmen de doctrinae amore, quod in libro excerptorum episcopi cujusdam Nestoriani, Salomonis nomine, inscripsit, ܐܚܪܢܐ. ܕܟܬܒܗ ܒܟܬܒܐ ܕܓܘܒܝ̈ܐ ܕܫܠܝܡܐ ܐܝܟ ܢܣܛܘܪܝܐ ܕܫܡܗ ܫܠܝܡܘܢ. ܥܠ ܪܚܡܬ ܝܘܠܦܢܐ, p. 247. Initium, ܐܝܢܐ ܡܢܐ ܠܡܥܒܕ ܝܘܠܦܢܐ ܕܫܡܗ ܫܠܝܡܘܢ. Omnes versus in fine habent ܡܘܢ. 75. Carmen quod in libro quodam scripsit, quum pro scriba ejus orabat; it. de caritate, ܐܚܪܢܐ. ܕܟܬܒܗ

[c] Multa in his et catalogo quem protulit Assem. Cod. Cat. Vat. iii. 356 discrepantia. Ibi enim hoc carmen esse dicitur *de monasterio Joannis patriarchae, quod e regione horti eum locum respicit, ubi Bar-Hebraeus habitabat.* Cfr. Carm. lii. Eodem modo carmen in Dionysium Angur patriarcham causam habuisse dicitur, *quod in monachos desaevire coepisset.* Quinetiam pater cui gratias reddit, Ignatius Saba patriarcha fuit, *a quo visitatus esset in quodam specu apud Antiochiam, post primam diem, qua monasticam vitam susceperat.*

ܒܟܬܒܐ ܡܕܡ. ܗܘ ܕܝܢ ܥܠ ܟܬܘܒܗ ܘܥܠ ܚܘܒܐ, ibid. Omnes versus in fine ܠܐ habent. Triginta quatuor ܒܝ̈ܬܐ sequuntur, inter quae, de cereo quasi e suo ore, ܥܠ ܩܢܕܝܠܐ. ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡܗ: ad amicum de tempore quolibet ܠܪܚܡܐ ܒܝܢ ܬܘܒܐ. ܕܠܟܠܙܒܢ; it. de tempore praeterito, quod nunquam revertitur, ܒܝܢ ܬܘܒܐ ܥܠ ܙܒܢܐ ܕܥܒܪ ܘܠܐ ܦܢܐ ܐܬܘܬܗ; it. de tempore praesenti, ܥܠ ܙܒܢܐ ܕܩܐܡ ܐܝܟ ܐܝܟܢܐ ܣܒܪ: de anima rationali in hoc corpore vincta, ܥܠ ܢܦܫܐ ܡܠܠܬܐ ܕܐܣܝܪܐ ܒܗܢ ܦܓܪܐ ܗܢܐ: hominum insipientium increpatio ex ore sapientiae, ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡ ܚܟܡܬܐ. ܟܘܢܫܐ ܠܐܢܫ̈ܐ ܣܟ̈ܠܐ: denique tria quasi ex ore flabelli, quod natura non frigidum frigus facit, ܐܝܟ ܕܡܢ ܦܘܡ ܡܪܘܚܬܐ ܦܪܬܐ ܕܠܐ ܒܟܝܢܐ. 110. De obitu patriarchae Mar Joannis Bar-Maadani ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ, p. 248. Initium, ܠܟܘܢ ܐܬܪܘܬܢ ܗܘܐ ܥܠܡܐ ܡܠܟܐ ܐܝܟ ܡܘܬܐ. Omnes versus in fine ܬܐ habent. Sequuntur ܒܝ̈ܬܐ quadraginta, inter quae, de absentia a patria et propinquis et amicis et cognatis, ܥܠ ܦܘܪܫܢܐ ܕܡܢ ܡܬܐ ܘܩܪ̈ܝܒܐ ܘܪ̈ܚܡܐ ܘܐܚ̈ܝܢܐ; de terrae pravitate, et aversione ejus qui loquebatur ab ea, ܥܠ ܒܝܫܘܬܗ ܕܐܪܥܐ ܘܡܬܒܥܠܢܘܬܗ ܐܡܪܗ ܡܢܗ; de amico, qui in eum offensus est, ܥܠ ܪܚܡܐ ܕܐܬܟܫܠ ܒܗ ܥܠܘܗܝ; in flabellum, ܥܠ ܡܪܘܚܬܐ; encomium viri digni, ܬܘܫܒܘܚܬܐ ܠܓܒܪ ܫܘܐ ܡܢ ܫܘܒܚܐ; de Dñi adorandi amore, ܥܠ ܪܚܡܬܗ ܕܡܪܝܐ ܣܓܝܕ ܐܬܪܗ; in insipientes, ܥܠ ܣܟ̈ܠܐ; in sapientes, ܥܠ ܚܟ̈ܝܡܐ; episcopi cujusdam encomium, ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܬܘܫܒܘܚܬܐ ܠܓܒܪ ܡܢ ܫܘܒܚܐ; de presbytero delatore et adrogante, ܥܠ ܩܫܝܫܐ ܐܟܠܩܪܨܐ ܘܡܬܪܘܪܒܢܐ; ad amicum qui inimicus evaserat, ܠܘܬ ܪܚܡܐ ܐܝܟ ܕܐܬܗܦܟ ܪܚܡܗ ܠܒܥܠܕܒܒܐ. 151. Carmen de ahenea lagena, argento incrustata, ܕܟܬܒܗ ܥܠ ܠܩܢܐ ܕܢܚܫܐ ܡܟܣܝܐ ܟܣܦܐ.

Initium, ܐܘ̄ ܕܡܫܝܚܐ ܐܝܬ ܐܢܬ، ܦܪܘܩܐ ܕܒܢ̈ܝܢܫܐ ܟܠ ܗܘܡ. Omnes versus in ܘܡ desinunt. 152. Ad amicum qui velum sibi dono missurus erat, quemadmodum et ceteris amicis; sed propter pericula quaedam, quae in quosdam Christianos ex Hagarenis inciderunt, perturbatus, id exequi neglexit: mystice in eo indicat superbiam Ishmaelitarum contra Christianos, ܠܘܬ ܪܚܡܐ ܐܚܪܢ: ܕܟܬܒ. ܗܘܐ ܠܡܫܕܪܘ ܠܗ ܕܒܪܐ ܫܘܫܦܐ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܫܪܟܐ ܕܪ̈ܚܡܘܗܝ. ܘܚܠܦ ܢܣܝܘܢܐ ܕܓܕܫܘ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ ܡܢ ܗܓܪ̈ܝܐ. ܐܬܕܠܚ ܘܐܗܡܝ. ܘܒܗ ܡܚܘܐ ܠܫܘܒܗܪ ܐܝܫܡܥܝܠܝܐ ܥܠ ܡܫܝܚܝܐ, p. 249. Initium, ܕܠܡܫܝܚܝܘܬܐ ܐܬܚܙܝܬ ܠܟ ܗܘ، ܫܘܫܦܐ. Omnes versus in fine ܦܐ habent. 153. In patriarcham Dionysium Angur, ܥܠ ܚܢܓܘܪ ܦܛܪ̈ܝ, ibid. Initium, ܗܐ ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܗܦܝܠ ܐܠܗܐ ܒܗܘܡܪܐ ܘܡܠܟܐ. Sequuntur ܬܢ̈ܝܬܐ quinque, quorum tertium, ܥܠ ܫܘܢܝܗ ܕܐܚܘܗܝ، ܡܢܚܐ, de obitu fratris sui Menhae; quartum, ܥܠ ܫܘܢܝܗ ܕܐܚܘܗܝ، ܡܘܦܩ, de obitu fratris Mauphac; quintum, ܥܠ ܫܘܢܝܗ ܕܐܚܘܗܝ. ܐܡܝܪܗ ܒܝܘܡ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܡܥܠܢ ܨܘܡܐ, de obitu fratris [Michael], carmen editum die dominica ingressus jejunii. 159. Longius in eundem fratrem carmen, cujus initium, ܒܡܘܬܟ ܐܚܘܢ ܬܪܝܬ ܘܒܝܫܬ ܘܥܢܝܬ ܓܒܝܢܐ, ibid. Omnes versus in fine ܢܐ habent. Sequuntur nonaginta octo brevia carmina, inter quae, ܥܠ ܪܚܡܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܩܕܡ ܥܝ̈ܢܘܗܝ, ad amicum qui coram suis oculis iter suscepit; carmen amice dictum in episcopos, ܠܐܦ̈ܝ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܒܪܝܟܐ ܫܘܒܚܐ; quum ad coenobium S. Mar Barsumae proficiscebatur, ܟܕ ܐܙܠ ܠܥܘܡܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܒܪܨܘܡܐ; quod contristavit eum de amico abesse, ܒܪܟܐ ܕܡܬܦܪܫܘܬܐ ܕܥܠ ܦܘܪܫܢܐ ܕܪ̈ܚܡܐ; objurgatio eorum qui in mundum ex elementis constantem et corruptioni obnoxium devincti sunt, ܒܪܟܐ ܕܡܫܡܫܘܬܐ ܠܐܣܛܘܟܣܐ ܟܠܡܐ ܕܗܘܐ ܘܡܫܠܡܢܐ; de morte medici Kuphar, ܥܠ ܫܘܢܝܗ ܕܐܣܝܐ ܟܘܦܪ; de gulositate, ܥܠ ܪܥܒܬ ܒܪܢܫܐ ܕܗܘ، ܗܘ، ܠܟܪܣܬܐ; de viro humili, et misericorde et sua indole et ex sententia, ܥܠ ܓܒܪܐ ܫܦܠܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܒܟܝܢ ܘܒܪܥܝܢ; de viro avaro, et Dei adversario, ܥܠ ܒܪܢܫܐ ܥܠܘܒܐ ܘܣܩܘܒܠܝܗ ܕܐܠܗܐ; de episcopo, cujus cor coram Deo non rectum fuit, ܥܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܠܐ ܬܩܝܢ ܠܒܗ ܩܕܡ ܡܪܗ; carmen mysticum de voluptate quae in amicitia pura et divina insit, ܕܡܐܡܪܐ ܥܠ ܗܢܝܐܘܬ ܪܚܡܘܬܐ ܫܦܝܬܐ ܘܐܠܗܝܬܐ; item, de mundo, quod praeterit, neque ab eis qui eum diligunt possideri potest, ܕܡܐܡܪܐ ܥܠ ܗܘ، ܕܥܠܡܐ ܕܥܒܪ ܘܠܐ ܡܬܩܢܐ ܡܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ،; ad amicum peregre abeuntem, ܠܐܦ̈ܝ ܪܚܡܐ ܕܢܦܩ ܘܐܙܠ ܡܢܗ; quod submittere sese oportet auctoritati magisterii, ܕܡܐܡܪܐ ܕܙܕܩ ܠܡܫܬܥܒܕܘ ܠܟܠ ܫܘܠܛܢ ܕܪܒܘ; de auctoritate, quae sagaci et purae animae inest, ܕܡܐܡܪܐ ܥܠ ܪܒܘ ܕܢܦܫܐ ܢܩܝܬܐ ܘܚܟܝܡܬܐ ܕܪܒܐ; ad sapientem, qui eum amabat, ܠܘܬ ܚܕ ܡܢ ܚܟܝܡܐ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗ; ad Creatorem, gloria optimae ejus bonitati, ܠܐܦ̈ܝ ܒܪܘܝܐ. ܫܘ̄ ܠܛܝܒܘܬܗ ܛܒܬ ܠܘܬ ܛܒܘܬܐ; reprehensio et culpatio et colaphizatio cujusdam haud bene ordinati, ܟܘܬܫܐ ܘܡܘܟܣܐ ܘܩܘܦܠܐ ܠܚܕ ܡܢ ܠܐ ܡܛܟܣܐ; oratio pro episcopis, ܒܥܘܬܐ ܕܝܠܕܘܬܐ ܘܚܟܡܬܐ ܠܡܚܝ ܣܠܩ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ; quod verba sapientiae minime coram unoquoque proferenda sunt, sed coram probatis tantum, ܕܡܐܡܪܐ ܕܡ̈ܠܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ ܠܐ ܩܕܡ ܟܠ ܐܢܫ ܙܕܩ ܕܢܬܡ̈ܠܠܢ. ܐܠܐ ܒܪܡ ܩܕܡ ܚܕ ܚܕܢܐ ܕܒܚܝܪܝܢ; ad amicos qui injuria et contemptu eum affecerunt, ܠܘܬ ܪ̈ܚܡܐ ܕܐܨܥܪܘܗܝ، ܘܐܫܝܛܘܗܝ،; de rebus spiritualibus a rebus corporalibus mystice explicatis, ܕܡܐܡܪܐ ܥܠ ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ ܒܝܕ ܦܓܪ̈ܢܝܬܐ; increpatio pastoris rudis, et rapacis, munerumque acceptoris, ܟܘܬܫܐ ܠܪܥܝܐ ܒܘܪܐ ܘܚܛܘܦܐ ܘܡܩܒܠ ܫܘܚܕܐ; it., et de oppressore et delatore, ܥܠܘܗܝ، ܕܒܝܫܐ.

[Syriac]; derisio insipientis cujusdam, qui philosophi nomen sibi adfectabat, [Syriac]; carmen, quod die quodam hiemali, quum frigore algebat, dixit, [Syriac]; encomium episcopi benevolum, [Syriac]; in divitem avarum, qui sodalibus nihil profuit, [Syriac]; de obitu S. Mar Severi, episc. Tabriz, [Syriac]; encomium sapientis cujusdam defuncti et sapientiae ejus, [Syriac]. 258. Chamisii Nestoriani interrogatio ad doctorem nostrum Danielem Bar Hhatab, [Syriac], fol. 252. In hoc carmine objicit Dño nostro, quod non cadit sub categorias logicas, [Syriac]. 259. Responsio Danielis, [Syriac], ibid. 260. Plenior ipsius Gregorii responsio, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. 261. Responsio ad Carduensem quemdam, [Syriac], p. 253. 262. Brevia sex in Deum carmina, [Syriac], ibid. 268. Septem brevia carmina, in quibus discipulorum ignaviam increpat, [Syriac], ibid. 275. Ad amicum qui iter altero comitante amico faciebat, [Syriac], ibid. 276. De septem planetarum natura: it. de capite et cauda, [Syriac], carm. novem, ibid. 285. Quindecim syllabae ad docendum aptae, [Syriac], ibid. 286. De mundo transitorio, [Syriac], ibid. 287. Duo carmina de stella quae fortunatis adparere solet, [Syriac], ibid. Initium, [Syriac]. 289. Admonitio ne quis in mundi reti irretitus sit, [Syriac]. 290. Ad Creatorem duo carmina, [Syriac], ibid. Prius in metro Ephraimi, alterum hexasyllabum, [Syriac]. 292. Confabulatio in metro Mar Balaei, [Syriac], ibid. 293. Amicorum laudationes duae, [Syriac], ibid. 295. Carmen metro hendecasyllabo, [Syriac], p. 254. 296. De gloria Israelitica, [Syriac], ibid. 297. Carmen quo de via sapientiae difficili innuit, [Syriac], ibid. 298. Quinque aenigmata; 1. [Syriac]; 2. [Syriac]; 3. [Syriac]; 4, 5. [Syriac], ibid. 303. Ad amicos, [Syriac], ibid. 304. Quod non oportet vitae hujus quae vapor est nimium curare sed alterius, carmina duo, [Syriac], ibid. 306. Ad insipientem, qui libros colligebat, doctos autem viros aspernabatur, [Syriac], ibid. 307. De stulto, qui ad dignitatem, qualis est aevi consuetudo, evectus est, carmina tria, [Syriac], ibid. 310. Urbis cujusdam Ciliciae, sc. Ingadiae, reprehen-

sio, ܥܠ ܡܪܕܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܠܘܬ ܡܕܒܪܢܘܬܐ ܡܫܠܡܢܝܬܐ, ibid. 311. De abbate quodam adrogante, ܥܠ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܚܕ ܫܒܗܪܢܐ, ibid. 312. Hortatio et monitio eorum qui de vera confessione nimis anxii sunt, carmina duo, ܡܙܗܪܢܘܬܐ ܘܡܬܥܝܢܘܬܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܬܘܕܝܬܐ ܬܪܝܨܬܐ, ibid. 314. Quod viri honesti plerumque in hoc mundo odio habentur, mali autem prosperis rebus utuntur, ܥܠ ܕܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ ܟܐܢܐ ܣܢܝܐܝܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܕܝܢ ܘܒܝ̈ܫܐ ܡܬܚܫܚܝܢ ܒܨܒܝܢܝܗܘܢ, ibid. 315. Quod institutio recta rectitudine institutionis dirigitur, ܕܡܠܦܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܒܬܪܝܨܘܬ ܡܠܦܢܘܬܐ ܡܬܬܪܨܐ, ibid. 316. Carmen quod scopum praedicatorum per scientiam perfici docet, ܕܡܠܐ ܢܝܫܐ ܕܡܟܪܙܢܐ ܒܝܕܥܬܐ ܡܫܬܡܠܝܢ, ibid. Ad calc. ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܘܡܬܠܐ ܡܫܘܚܬܐ ܕܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܐܒܘܢ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܐܝܟ ܕܐܫܟܚܢ ܒܨܚܚܐ. ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܀ Explicit. sermones rhythmici et metra poetica patris nostri Mar Gregorii maphriani, qui Bar-Hebraeus, sicut in exemplari invenimus: et Deo gloria.

5. Joannis Bar-Maadani carmina, p. 254, c. 3.

Tit. ܒܫܡ ܐܠܗܐ ܕܡܚܝܠܐ ܘܕܚܝܠܐ ܥܒܕ ܚܝܠܐ ܐܝܟ ܛܝܒܘܬܗ. ܟܬܒܝܢܢ ܡܐܡܪ̈ܐ ܘܡܫܘܚܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܀ Ope Dei qui invalido aeque ac valido vires secundum gratiam suam ministrat, scribimus sermones et metra S. Mar Joannis patriarchae, fil. Maadani.

1. De mundo; init. ܫܘܝܬ ܚܙܘܗ̇ ܕܥܠܡܐ, ibid. 2. De eodem; init. ܚܙܝ ܗܘ ܥܠܡܐ ibid. 3. De eodem; init. ܡܫܩܠܘܬܐ ܡܫܬܪܝܐ ܗܘ ܥܠܡܐ, ibid. 4. De luna, vitae evanescentiam indicante; init. ܣܗܪܐ ܡܚܘܝܐ ܠܚܝܐ ܥܒܪܐ, ibid. 5. De invido quodam, duo carmina, ܥܠ ܚܣܡܐ ܚܕ ܬܪܬܝܢ ܡܫܘܚܬܐ, ibid. 7. De mundo transitorio, ܥܠ ܗܘ ܕܥܠܡܐ ܕܥܒܪ ܗܘ ܘܡܬܚܠܦ, ibid. 8. Increpatio amicorum, carmina duo, ܟܘܢܝܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܬܪܬܝܢ ܡܫܘܚܬܐ, p. 255. 10. Quod in Deo, et non in dolo confidere oportet, ܥܠ ܕܘܠܐ ܗܘ ܠܡܬܬܟܠܘ ܥܠ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܥܠ ܢܟܠܐ, ibid. 11. De calamo suo, ܥܠ ܩܢܝܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܝܠܗ, ibid. 12. De cereo, duo carmina, ܥܠ ܫܥܘܥܬܐ ܬܪܬܝܢ ܡܫܘܚܬܐ, ibid. 14. Lamentatio legisperiti qui mortuus est, ܐܘܠܝܬܐ ܕܢܡܘܣܝܐ ܚܕ ܕܐܬܢܝܚ, ibid. 15. De dente, qui a possessore nunquam adspicitur, ܥܠ ܫܢܐ ܕܡܢ ܡܪܗ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܡܢ ܡܪܗ, ibid. 16. Hortatio et incitatio ad virtutem, ܡܙܗܪܢܘܬܐ ܕܥܠ ܡܝܬܪܘܬܐ ܘܡܚܦܛܢܘܬܐ, ibid. 17. Confabulatio animae et corporis de separatione, ܡܡܠܠܐ ܕܢܦܫܐ ܥܡ ܦܓܪܐ ܠܘܬ ܦܘܪܫܢܐ, ibid. 18. Quod quemque oportet de anima sollicitum esse, et non de corporis quiete, ܥܠ ܕܘܠܐ ܠܟܠ ܐܢܫ ܕܢܨܦ ܥܠ ܢܦܫܗ ܘܠܐ ܥܠ ܢܝܚܐ ܕܦܓܪܐ, ibid. 19. Hortatio ad colendam virtutem, ܡܙܗܪܢܘܬܐ ܥܠ ܦܘܠܚܢܐ ܕܡܝܬܪܘܬܐ, ibid. 20. Lamentatio ad amicum qui mortuus est, ܐܝܟ ܕܠܘܬ ܪܚܡܐ ܕܡܝܬ ܡܢ ܐܘܠܝܬܐ ܕܐܡܝܪܐ ܥܠ ܪܚܡܐ ܕܐܬܢܝܚ, ibid. 21. De vino et delectatione corporea pura, ܥܠ ܚܡܪܐ ܘܒܣܝܡܘܬܐ ܕܦܓܪܢܝܬܐ ܕܟܝܬܐ, ibid. 22. Formicae exemplo hortatur ad virtutem, ܥܠ ܫܘܦܠܐ ܕܥܠ ܡܝܬܪܘܬܐ ܒܕܘܡܝܐ ܕܫܘܫܡܢܐ, ibid. 23. Quod mundus inanis est illis qui in eo laborant, ܕܣܪܝܩ ܥܠܡܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐܝܢ ܒܗ, ibid. 24. Admonitio de mundi initio et fine, ܥܠ ܪܫܝܬܐ ܘܚܪܬܐ ܕܥܠܡܐ ܡܙܗܪܢܘܬܐ, ibid. 25. De re eadem, et de mundi instabilitate, ܒܗ ܒܗܢܐ ܘܥܠ ܠܐ ܩܘܝܡܗ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ, ibid. 26. De morte et resurrectione, et non existentia mundi, et retributione cujusque secundum facta ejus, ܥܠ ܡܘܬܐ ܘܩܝܡܬܐ ܘܠܐ ܩܘܝܡܗ ܕܥܠܡܐ ܘܦܘܪܥܢܗ ܕܟܠ ܐܢܫ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ, ibid. 27. Quod oportet iis rebus contentos esse, quae nobis Dñs impertit, ܥܠ ܕܘܠܐ ܠܡܬܪܘܝܘ ܒܡܕܡ ܕܝܗܒ

[Syriac], ibid. 28. De ape et hortatio ad industriam, [Syriac], ibid. 29. De Midae, regis Graecorum, cupiditate, [Syriac], ibid. 30. Increpatio et reprehensio amici dolosi, tria carmina, [Syriac], ibid. 33. Ad fidum amicum, tria carmina, [Syriac], ibid. 36. De scorpione, [Syriac], p. 256. 37. Quod peccator poenas certe solvet, [Syriac], ibid. 38. Quod sui potens est anima, et ipsa sibi causa cujuscunque rei ei accidit in ambobus mundis, [Syriac], ibid. 39. De incolarum Sodomorum pravitate, duo carmina, [Syriac], ibid. 41. Quod qui inique facit, certe poenas dabit, [Syriac], ibid. 42. Quod oportet ad bene faciendum sapientem esse, ad male autem simplicem, [Syriac], ibid. 43. Quod res Dei et non hominum curare oportet, [Syriac], ibid. 44. Quod in mundo, qui jam praeterit, delectari non oportet, [Syriac], ibid. 45. De varietate formarum in locustae corpore, [Syriac], ibid. 46. Epistolae ad amicum pars, [Syriac], ibid. 47. Vitae temporaneae contemptus secundum Psalmistae verba, [Syriac], ibid. 48. Irrisio eorum, qui a cupiditate victi sunt, [Syriac], ibid. 49. Quod Nazireatus, h. e. abstinentia monachalis, ad sanctitatem adjuvat, [Syriac], ibid.

Sermones metrici ejusdem longiores, sc.

50. In metro Jacobi Sarug. de anima carm. cui nomen Avis, [Syriac], p. 256, c. 2.

51. De alta animae prosapia, et humiliatione ejus per mandati transgressionem, [Syriac], p. 257, c. 3.

52. De via perfectorum meliore, [Syriac], p. 258, c. 1.

Sequuntur septem breviora carmina, sc.

53. De Deo propter nos incarnato, et quod columba simul moesta et hilaris est, [Syriac], p. 259. 54. De scribae calamo, [Syriac], ibid. 55. Ad Deum, [Syriac], ibid. 56. De insipientibus, qui super sapientes sese jactant, [Syriac], ibid. 57. Iterum de calamo, [Syriac], ibid. 58. De illo quod dixit Dñs, prophetam honore non carere nisi in domo sua, [Syriac], ibid. 59. Quod qui perturbatur non defaecatur, [Syriac], ibid. Denique 60. Poema longius de Edessae in Mesopotamia, Sebastae, et regionis septentrionalis a rege Romanorum expugnatione, anno Graec. 1546, C. 1235,

mense Julio, ܡܫܡܠܝܐ ܐܣܝܪܐ ܕܚܝܒ ܠܗ ܒܪ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܦܐܛܪܝ̈ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ. ܒܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܦܐܬܘܠܝܩܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܒܠ ܥܒܕܗ ܕܐܦܪܝܡ، ܕܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. ܒܪ ܐܚܬܗ ܘܥܒܕܗ ܡܠܟܐ ܕܒܝܬ ܙܘܡܝܐ. ܐܚܝܕܐ ܕܡܣܩܝܬܐ ܘܕܐܬܪܐ ܕܚܒܪܢܐ. ܡܢܝܬ ܐܢܫܐ ܕܩܢܝܐ ܒܫܡܬܗ ܢܦܫܐ, p. 259, c. 2.

6. Bar-Hebraei Nomocanon, sive Digestio canonum ecclesiasticorum et legum secularium in xxx capita distributarum secundum res de quibus tractant, columnis quaternis exarata, p. 260.

Tit. ܒܗ ܒܪ ܒܗ ܒܐܠܗܐ ܡܪܐ ܟܠ. ܟܬܒܝܢ ܟܬܒܐ ܕܗܘܕܝܐ. ܡܛܠ ܢܡܘܣܐ ܥܕܬܢܝܐ ܘܥܠܡܢܝܐ. ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܕܐܒܘܢ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܀ Ejusdem Dei omnipotentis ope, scribimus Librum Directionum, de canonibus ecclesiasticis et legibus saecularibus, e scriptis patris nostri Mar Gregorii, Orientis mafriani.

Cap. 1, De ecclesia et ejus administratione, ܡܛܠ ܥܕܬܐ ܘܬܘܪܣܝܬܗ̇, ibid. Septem insunt sectiones, sc. de coetuum illicitorum rejectione; de facultatibus et proventibus ecclesiae; de primitiis et donis et eleemosynis; de oeconomis; de altaris supellectile; de structura altaris quod consecrandum est [d]; de consecratione altaris et ecclesiae.

Cap. 2, De baptismo, ܡܛܠ ܡܥܡܕܐ, p. 262, c. 3. Quinque insunt sectt., sc. de baptismo secundum Dñi praeceptum, et ficto baptismo; de iis, quorum baptismus incertus est; de chrismate et aqua baptismali; de tempore baptismi; de consummatione baptismi.

Cap. 3, De chrismate divino, ܡܛܠ ܡܝܪܘܢ ܐܠܗܝܐ, p. 263, c. 4. Quinque insunt sectt., sc. quibusnam, et quando, et ubi fas est chrisma consecrare; de vasibus chrismatis, et cura in eo utendo; de olei suaveolentis confectione; de chrismatis consecratione; de olei unctionis perfectione.

Cap. 4, De sacra coena, ܡܛܠ ܩܘܪܒܢܐ, p. 266, c. 3. Octo insunt sectt., sc. de materia corporis et sanguinis salutaris; monita de mysteriorum receptione; de iis, qui a receptione prohibentur; de mysteriorum [ad aegrotos] missione, et transductione; de receptionis ordine; de rebus, quae per neglectum occurrunt; de sacrorum mysteriorum consummatione; de calicis signatione.

Cap. 5, De jejuniis et festis, et orationibus, ܡܛܠ ܨܘܡܐ ܘܥܐܕܐ ܘܨܠܘܬܐ, p. 267, c. 1. Quinque insunt sectt., sc. de canonibus apostolorum et patrum et doctorum; de numero dierum jejunii; de ordine festorum et feriae primae observatione; de benedictionis aquae ordine; de oratione.

Cap. 6, De defunctorum involutione, ܡܛܠ ܟܘܢܫܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ, p. 269, c. 1. Duae insunt sectt., sc. de officio defunctorum, et involutione eorum et sepultura; de agapis [e] illicitis, et de lamentationibus heterodoxis.

Cap. 7, De ordinibus sacerdotalibus, ܡܛܠ ܬܛܟܣܐ ܟܗܢܝܐ, p. 270, c. 2. Decem insunt sectt., sc. de provinciis, et quod quisque in sua vocatione manere de-

[d] Syriace vocatur ܡܛܠ ܦܘܣܩܐ ܕܡܕܒܚܢܐ, quod de saxo caedendo intelligit interpres Arabs apud Hunt. 50, fol. 5, reddens, فالحجز والحتم علي المذابح.

[e] Syriace, ܡܛܠ ܢܝܚܬܐ ܠܐ ܡܬܩܒܠܢܘܬܐ, quod Arabs reddit لاجل النوح; de agapis autem pro mortuorum quiete habitis usurpatum esse ܢܝܚܬܐ ex hoc apparet, quod inter canones Bar-Hebraeus concilii Gangrensis can. xi verba ἀγάπας ποιούντων laudans per ܕܥܒܕܝܢ ܢܝܚܬܐ vertit: similique modo concil. Laodic. canonis xxvii verba καλουμένοις εἰς ἀγάπην per ܒܪ ܢܘܦܩܐ ܠܢܝܚܬܐ reddit.

beat; de conventibus synodicis, et judiciis et antistitibus; de pontificum ordinationibus; de propria presbyterorum potestate; de ordinatione, et causis quae eam prohibeant; de diaconorum constitutione; de diaconissarum constitutione; de hypodiaconis, lectoribus, psaltis, et exorcistis; de numero librorum sacrorum, et profanorum, et de scholarum canonibus, et negotiis ecclesiasticis; de monachorum ordinibus.

Cap. 8, De sponsalibus, ܡܛܠ ܡܟܘܪܘܬܐ, p. 276, c. 1. Sex insunt sectt., sc. de causis quae legitimis sponsalibus antecedunt; de sponsalium natura, et officio curatoris; de causis quae sponsalia prohibeant; de dote et dono nuptiali, et muneribus et convivio, etc.; de separatione; quamdiu post conjugis obitum a novis nuptiis abstinendum est, et quod vir stipendia dare non tenetur.

Cap. 9, De testamentis, ܡܛܠ ܕܝܐܬܝܩܝܣ ܗܘ ܕܡܫܟܢ, p. 282, c. 3. Quatuor insunt sectt., sc. de testatore; de eo cui quid legatur; de rebus in testamento mandatis; de procuratione.

Cap. 10, De haereditate, ܡܛܠ ܝܪܬܘܬܐ, p. 284, c. 1. Duae insunt sectt., sc. de haereditatis gradibus; de sex impedimentis, quae ex jure haereditatis prohibeant.

Cap. 11, De emptione et venditione, ܡܛܠ ܙܒܢܐ ܘܙܒܘܢܐ, p. 286, c. 2. Quinque insunt sectt., sc. de vera et ficta emptione; de rei emptae redditione; de formulis in emendo et vendendo adhibitis; de servorum emptione et venditione, necnon de juramentis quae inter emptorem et venditorem adhibentur; de foenore[f] et usura, aliisque illicitis contractibus.

Cap. 12, De tempore venditioni implendae praestituto, ܡܛܠ ܩܒܝܥܘܬ ܫܘܡܠܝܐ ܕܙܒܢܐ, id quod Graeci προθεσμίαν dicunt, p. 291, c. 1. Quatuor insunt sectt., sc. de προθεσμίας regulis; de rebus quibus fas est fieri προθεσμίαν; de solutione; de mutuo.

Cap. 13, De oppignoratione, ܡܛܠ ܡܫܟܢܘܬܐ, p. 292, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de pignoris elementis, et modo quo pignoris depositio[g] fit; quod debitori post pignus depositum nulla in eo potestas est sed tantum creditori; de dissensu inter eum qui deposuit, et eum qui pignus accepit.

Cap. 14, De solvendi impotentia, et rebus quae a re vendita restituenda prohibeant, ܡܛܠ ܠܐ ܦܪܘܥܘܬܐ ܘܡܛܠ ܟܠܝܢܐ ܕܡܬܦܢܝܢܘܬܐ ܕܡܙܕܒܢܢܘܬܐ, p. 294, c. 4. Tres insunt sectt., sc. de debitore qui solvendo non est, cum res vendita consumpta fuerit; it. cum non sit consumpta; de rebus quae a re vendita recuperanda prohibeant.

Cap. 15, De reconciliatione, ܡܛܠ ܬܪܥܘܬܐ, p. 296, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de vera et ficta reconciliatione; de litibus quae ad plateas pertinent; de litibus generalibus.

Cap. 16, De entolico, sive potestate quam debitor creditori dat, ut ab iis qui sibi aliquid debeant, id exigat, ܡܛܠ ܐܢܛܘܠܝܩܘܢ, p. 297, c. 3. Duae insunt sectt., sc. de ejus elementis; et regulis.

Cap. 17, De fidejussione ܡܛܠ ܥܪܒܘܬܐ, p. 298, c. 1. Duae insunt sectt., sc. de elementis ejus; de vera fidejussione.

Cap. 18, De societate in mercatura, ܡܛܠ ܫܘܬܦܘܬܐ, p. 298, c. 4. Duae insunt

[f] Syriace ܡܛܠ ܡܩܕܡܐ ܘܦܘܪܥܢܘܬܐ: Arabs autem ܡܩܕܡܐ reddit per سلف, quod sic explicat Kamus: *solutio pretii ante mercem traditam, ut commodum solventi concedatur.* Valet igitur ܡܩܕܡܐ id quod Anglice vocatur *discount*, h. e. pretii imminutio solutionis maturioris causa.

[g] Syriace ܡܬܡܫܟܢܘܬܐ.

sectt., sc. de tribus elementis ejus; de vera societate, de litibus inter socios.

Cap. 19, De tutela, sive procuratione, ܥܠ ܐܦܝܛܪܘܦܘܬܐ, p. 299, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de elementis ejus; de vera procuratione; de litibus quae e procuratione oriuntur.

Cap. 20, De confessione (in judiciis), ܥܠ ܡܘܕܝܢܘܬܐ, p. 302, c. 1. Tres insunt sectt., sc. de elementis ejus; de verbis indefinitis; de confessionis verbis quae inter se contraria sunt.

Cap. 21, De deposito, ܥܠ ܓܘܥܠܢܐ, p. 303, c. 4. Tres insunt sectt., sc. de elementis et regulis ejus; de octo causis, quae eum qui acceperit ad reddendum cogant; de depositi redditione.

Cap. 22, De dono cujus usus tantum conceditur, ܥܠ ܡܘܗܒܬ ܚܫܚܬܐ, p. 305, c. 2. Tres insunt sectt., sc. de elementis et regulis ejus; de dandi regulis; de ratione qua inter litigantes discernant judices.

Cap. 23, De dono, ܥܠ ܡܘܗܒܬܐ, p. 306, c. 1. Duae insunt sectt., sc. de elementis ejus; de doni reddendi possibilitate.

Cap. 24, De largitione ad pios usus, ܥܠ ܘܩܦܐ[h], p. 306, c. 2. Quatuor insunt sectt., sc. de elementis ejus; de verbis quae in largitionibus adhibenda sunt; de regulis ejus; de eleemosynis.

Cap. 25, De analogia[i], sive praeemptionis jure, ܥܠ ܐܢܠܘܓܝܐ, p. 307, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de elementis ejus; de analogiae acceptione et regulis ejus; de analogiae abolitione.

Cap. 26, De mercatura, ܥܠ ܬܐܓܘܪܬܐ, p. 309, c. 1. Tres insunt sectt., sc. de elementis ejus; de vera mercatura; de mercatura, quae irrita fit, et de litibus.

Cap. 27, De irrigatione, ܥܠ ܫܩܝܘܬܐ, p. 310, c. 4. Duae insunt sectt., sc. de elementis ejus; de vera irrigatione.

Cap. 28, De terrarum desertarum, h. e. quibus nullus est dñs, cultura, ܥܠ ܫܘܠܛܢ ܐܪ̈ܥܬܐ ܡܝ̈ܬܬܐ, p. 311, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de vero jure in terras desertas; de communibus ibi consedendi usibus; de proventibus, qui e terris desertis oriuntur.

Cap. 29, De conductione, ܥܠ ܐܓܘܪܬܐ, p. 312, c. 3. Quinque insunt sectt., sc. de elementis ejus; de vera conductione; e rebus conductis, quas oportet eum qui conduxit reddere, et quas non; de casibus, qui conductionem irritam reddant; de mercede iis promissa, qui rem perditam inveniant.

Cap. 30, De inventis, ܥܠ ܫܟܝܚܬܐ, p. 316, c. 1. Duae insunt sectt., sc. de elementis ejus; quatuor de inventis regulae.

Cap. 31, De puerorum et infantium (projectorum) inventione, ܥܠ ܫܟܝܚܬܐ ܕܛܠܝܐ ܘܫܒܝܩܐ, p. 316, c. 4. Duae insunt sectt., sc. de elementis et regulis ejus; regulae de fide, et libertate, et cognatione infantis inventi.

Cap. 32, De manumissione servorum, ܥܠ ܚܐܪܘܬ ܥܒ̈ܕܐ, p. 317, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de simplici manumissione; de manumissione, quae per pactum fit; de manumissione, quam servus per laborem suum acquirit.

Cap. 33, De raptu, ܥܠ ܚܛܘܦܝܐ, p. 318, c. 3. Tres insunt sectt., sc. de compensationis elementis; de mulcta raptoris; de praemio, quod illi cujus res rapta est reddendum sit.

[h] Exponit Bar-Hebraeus ܘܩܦܐ ut id doni genus, quo non res ipsa sed tantum fructus ad pios usus concessus est. Differt autem e ܡܘܗܒܬ ܚܫܚܬܐ, quia res ipsa nunquam reddenda est. Reddit autem Arabs وقف, h. e. legatum.

[i] Analogia apud jurisconsultos significat praeemptionis jus, quod alicui est, propter communem rei cum altero possessionem, si is qui rei particeps est eam vendere velit. Reddit Arabs شفعة, quod plene exponit Freytag, q. v.

Cap. 34, De delictis gravioribus, et poena dignis, ܥܠ ܣܟ̈ܠܘܬܐ ܝܬܝܪ̈ܬܐ ܘܫܘ̈ܝܢ ܠܡܩܒܠ ܕܝܢܐ, p. 320, c. 1. Septem insunt sectt., sc. de homicidio; de mutilatione; de iis qui fidem abnegant; de scortatoribus; de furibus; de latronibus et praedonibus; de compensatione rerum laesarum.

Cap. 35, De mactatione, venatione, et ciborum delectu, ܥܠ ܢܟܣܬܐ ܘܨܝܕܐ ܘܦܘܪܫ ܡܐܟ̈ܘܠܬܐ, p. 324, c. 2. Tres insunt sectt., sc. de mactationis elementis; de jure possessionis in res venatas; de ciborum delectu.

Cap. 36, De juramento, ܥܠ ܡܘܡܬܐ, p. 325, c. 3. Duae insunt sectt., sc. de modo quo fit juramentum, et quomodo purgatur peccatum ejus; quomodo et in quo violatur juramentum.

Cap. 37, De votis, ܥܠ ܢܕܪܐ, p. 326, c. 2. Tres insunt sectt., sc. de elementis ejus; de voti regulis; de decimis.

Cap. 38, De judiciis saecularibus, ܥܠ ܕܝ̈ܢܐ ܥܠܡܢ̈ܝܐ, p. 327, c. 2. Tres insunt sectt., sc. de episcopi officiorum in judiciis saecularibus peractione; de modo quo pronuntianda est sententia quum unus litigantium non paratus sit; de divisione bonorum.

Cap. 39, De testimoniis, ܥܠ ܣܗܕܘ̈ܬܐ, p. 330, c. 1. Sex insunt sectt., sc. de testimoniis paribus, quae inter se contraria sunt; de numero testium, et quod masculini sexus sint; de adcurata testium scientia; de testibus et juramentis; de testimonio super testimonium; de declinatione a testimonio.

Cap. 40, De adcusatione generaliter, ܥܠ ܩܛܪܝܓܘܪܝܐ ܓܘܢܐܝܬ, p. 332, c. 3. Quinque insunt sectt., sc. de adcuratione adcusationis; de adcusati responsione; de juramento; de juramenti declinatione; de demonstratione.

Ad calc. colophon; ܫܘܠܡܗ ܕܝܢ ܕܟܬܒܐ ܕܢܚܐ ܚܛܝܐ ܥܠ ܐܝܕܝ ܪ̈ܚܡܐ ܕܐܠܗܐ ܒܝܘ̈ܡܝ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ. ܗܘ ܢܘܚ. ܐܒܘܗ ܒܪܐ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܝܗܒ ܡܪܝܐ ܐܡܝܢ ܀ ܒܥܘܡܪܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܝܩܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܘܡܪܝ ܐܘܓܝܢ ܕܒܡܕܢܚ ܡܪܕܝܢ ܡܕܝܢܬܐ ܀ ܐܝܟ ܕܒܥܘܬܗ ܕܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܬܪܝܨܐ ܕܡܬܝܒܝܢ ܒܫܡܗ ܡܢ ܩܨܘܪ ܩܣܛܪܐ ܡܕܝܢܬܐ ܀ ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܥܣܪ ܕܝܘܢ̈ܝܐ. ܒܝܪܚ ܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ܒܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ. ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܒܗ. ܒܫܥܐ ܬܫܥܐ. ܬܘܒ ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܠܟܠ ܐܚܐ ܪܚܡ ܡܫܝܚܐ ܕܟܕ ܢܦܓܥ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܢܨܠܐ ܥܠ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒܗ. ܘܐܢ ܢܣܬܟܠ ܒܦܘܕܐ ܘܒܠܓܬܐ. ܐܦ ܐܝܟܢܐ ܕܚܝܒ ܢܚܣܐ ܕܢܘܬܪ ܠܗ ܥܠ ܐܝܕܝ ܡܫܒܩܢܘܬܐ. ܘܐܠܗܐ ܥܒܕܗ ܕܟܠ. ܢܫܒܘܩ ܚܘܒܘ̈ܗܝ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܒܥܬܝܕ. ܐܡܝܢ ܀ Scripsit Denha peccator et misericordiae divinae egens diebus Mar Ignatii, patriarchae Antiochiae Syrorum illustris, qui etiam Noe:—patri ejus filium qualem voluit dedit Dñs, Amen:—in coenobio celebri nobilique Mar Ananiae[k] et Mar Eugenii, quod ad urbis Mardin orientem situm est. Ad opus autem suscipiendum eum excitavit episcopus legitimus, Dionysius, qui ab oppido suo natali benedicto Kosur Castra cognomen gerit, anno Graecorum 1810, C. 1499, mense Teshrin priore, feria quarta, die mensis supradicti 23, hora denique nona. Quinetiam fratrem quemcunque, qui Christum amat, si forte aliquando in hunc librum incidat, ut preces pro miseri ejus qui scripsit venia obferat, orat; neque si erratum vel mendam inveniat, eum quamvis culpa dignum,

[k] De coenobio Mar Ananiae v. Ass. B. O. ii. 222. De Ignatio xii, qui etiam Noe, v. ib. 386, 462, 468. Denique de pago Kosur, v. ib. 228.

culpet; omnis enim res creata, quod aiunt, imperfecta est, solius autem Dei perfectio absoluta, cui sit gloria in ecclesia ejus ab omnibus ejus ordinibus, nunc et semper in saecula, Amen.

7. Liber Columbae, p. 335.

Tit. ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܕܡܥܕܪ ܘܡܥܕܪ. ܟܬܒܝܢܢ ܟܬܒܐ ܕܝܘܢܐ. ܡܛܠ ܕܘܒܪܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܕܒܪܝܬܐ. ܡܢ ܣܝܡܬܐ ܕܠܒܝܫ ܠܐܠܗܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܗܘ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܀ Ope Dei qui adjuvat et opitulatur, scribimus Librum Columbae de anachoretarum in locis desertis regimine, e scriptis Deo induti Mar Gregorii mafriani sancti Orientis, qui etiam Bar-Hebraeus.

Cap. 1, De exercitio corporeo in coenobiis, ܡܛܠ ܕܘܒܪܐ ܦܓܪܢܝܐ ܕܥܘܡܪܝܢ, p. 336, c. 2. Decem insunt sectt., sc. de alienatione a mundo, de poenitentia, de paupertate, de humilitate, de patientia, de fratrum amore, de linguae offensis, de tironis declinatione retrorsum, de tirone in cursu ejus confirmando, de signis confirmationis ejus.

Cap. 2, De exercitio animae, quod in cella peragitur, ܡܛܠ ܕܘܒܪܐ ܢܦܫܢܝܐ ܕܒܩܠܝܬܐ ܡܬܓܡܪ, p. 338, c. 1. Decem insunt sectt., sc. de rebus cellae convenientibus, de quiete, de exercitationibus religiosis, de oratione et statutis ejus temporibus, de psalmodia et vigiliis, de jejunio, de manuum labore, de vita peregrina, de malis passionibus, de moribus probis.

Cap. 3, De quiete spiritali perfectorum, ܡܛܠ ܢܝܚܐ ܪܘܚܢܝܐ ܕܓܡܝܪܐ, p. 342, c. 2. Decem insunt sectt., sc. de primis, de mediis, et de ultimis perfectionis motibus, de mentis laetitia, de causis amoris, de scientiae suavitate, de Dei amore nutriendo, de Dei scientia, de mutationibus, quae perfectis accidant, de perfectorum casu,

Cap. 4, Narratio de ipsius scriptoris in doctrina progressu, et monita quaedam plana, ܬܫܥܝܬܐ ܕܪܘܟܒܐ ܕܡܬܚܫܒܢܘܬܐ ܫܘܠܡܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܦܫܝܛܬܐ ܠܚܒܝܒܐ, p. 344, c. 1. In hoc sermone dicit Gregorius se e teneris unguibus libris imbutum, annos viginti natum ad episcopatum, ܕܪܫܬ ܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ, evectum esse, et primo ad controversiam se contulisse; sed quum Christianos verbis potius quam rebus distare intelligisset, consilium controversias omnes penitus abjiciendi cepisse. Ad libros autem Graecos evolvendos converso, pejora sibi pericula accidisse; crescente enim doctrina, indies imminutam esse fidem, donec Christianus nomine tantum evasit. Forte autem libros Evagrii legisse, et primo, num tanta monachorum pietas vera sit, dubitasse: post longos tamen mentis tumultus, adjuvante Deo, ad veram Dei scientiam pervenisse.—Ad calc. ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܝܘܢܐ ܒܥܘܕܪܢ ܟܠ. ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܝܟ ܟܠ ܟܠ ܟܠ. ܕܟܠ ܟܠ ܗܘ. ܠܗ ܟܠ ܫܘܒܚ ܐܝܢ. ܐܝܢ. ܒܐܝܕܝ ܝܘܣܦ ܕܝܪܝܐ. ܢܚܣܐ ܠܗ ܡܪܢ ܀ Explicit. Liber Columbae auxilio Omnis, qui sane veroque Omne, Omne, Omne est; qui Omnis Omne est, cui omnis laus, sane, veroque. Manibus Josephi monachi; propitius sit ei Dñs noster.

8. Gregorii Bar-Hebraei Logica, p. 347.

Tit. ܬܘܒ ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܡܬܚܝܠܢܐ. ܡܬܚܝܠ ܟܠ ܐܝܬܘ. ܕܐܠܗ ܟܠ ܟܠ ܥܡܝܩܐ. ܘܠܗ ܡܕܡ ܡܕܡܝܐ. ܐܦ ܟܠ ܡܕܡܝܐ. ܐܝܟ ܡܕܡ ܟܠܢܝܐ. ܐܦ ܟܠ ܟܠܢܝܐ ܠܫܘܝܐ. ܐܝܠܐ ܟܠ ܕܡܕܡ. ܘܡܕܡ ܕܟܠ. ܟܠ ܕܟܠ ܟܠ. ܕܐܝܬܘܗܝ. ܘܡܕܡ ܕܡܕܡ ܐܝܬܘܗܝ ...

ܕܠܗܘܢ ܗܘ̈ܝܢ ܗܘ̈ܝܢ. ܡܣܬܡܟܢ ܕܝܠܝ ܕܥܝ̈ܢܐ.
ܥܠ ܐܡܝܢܘܬܐ ܕܘܪܪܐ. ܠܡܣܒܠܐ ܡܬܒܥܝܢܐ
ܡܢ ܟܠ ܣܘܓܦܢܐ ܘܢܟܝܢܐ. ܘܠܡܬܠܦ ܠܕܝܠܗ
ܣܘܢܩܢܐ ܠܬܘܩܦܐ ܕܬܩܝܦܐ ܕܟܠܐ ܡܚܝܠܢܐ.
ܕܐܦܪܘܩ ܠܦܪܨܘܦܐ ܗܢܐ. ܕܗܐ ܗܝܕ ܥܠ
ܐܝܕ̈ܝܐ ܕܟܝ̈ܢܬܐ ܕܝܠܦܢܐ. ܕܡܬܬܪܝܐ ܟܬܒܐ
ܕܐܝܩܘܬ ܣܝܡܬܐ. ܕܫܡܗ ܘܐܬܩܪܝ ܒܗ. ܟܠܗܘܢ
ܬܪ̈ܬܝܗܘܢ ܦ̈ܪܓܡܛܝܐ ܗ̈ܕܝܪܬܐ ܘܫܪ̈ܝܪ
ܗܡܢ̈ܝܬܐ. ܕܡܠܝܠܘܬܐ ܘܦܝܠܘܣܘܦܘܬܐ.
ܕܡܬܟܢܫܢ ܠܬܪ̈ܬܝܢ ܡܢ̈ܘܬܐ ܣܦܝܩܐܝܬ
ܒܟܠܐ ܠܐ ܐܝܟ ܗܟܢ ܗܘ. ܠܚܝ̈ܘܬܐ ܐܡܪ
ܐܢܐ ܘܐܠܗ̈ܝܬܐ. ܘܟܠ ܚܕܐ ܡܢ ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ ܬܘܒ
ܡ̈ܢܘܢ ܡܬܦܠܓܐ ܘܐܦ ܗܝ ܠܦܢ̈ܝܬܐ
ܡܢ̈ܘܬܐ. ܗ̇ܝ ܡܢ ܕܝܢ ܕܒܛܟܣܐ ܕܬܪܝܢܐ
ܐܬܪܐ ܡܬܦܠܓܐ *** ܡܢ̈ܘܢ. ܘܟܠ ܚܕܐ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܬܒܐ ܡܬܩܪܝܐ. ܘܗܕܐ ܩܕܡܝܬܐ
ܠܬܫܥ ܡܢ̈ܘܢ. ܘܟܠ ܚܕܐ ܡܢ̈ܘܬܐ ܬܘܒ ܟܬܒܐ
ܡܬܩܪܝܐ. ܕܝܢ ܟܠܗ̇ ܡܢܬܐ ܕܬܪܝܢܝܬܐ
ܐܠܗܝܬܐ. ܡܢ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܝܟ ܡܛܐܦܘܣܝܩܐ ܗܝ
ܠܐܠܗܝܐ ܫܡܫܐ ܕܚܟܝ̈ܡܐ ܘܢܗܝܪܐ. ܐܒܘܢ
ܘܒܪ ܐܒܘ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ
ܕܡܬܩܪܐ ܐܒܘܠܦܪܓ ܒܪ ܥܒܪܝܐ. ܕܟܢܫ
ܕܡܬܒܥܝܢ ܒܗ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܢ ܦܝܠܘܣܘܦܐ
ܚܟܝܡ̈ܐ. ܕܡܕܡ ܟܠ ܝܕܥܐ. ܣܘܩܪܛܝܣ
ܐܦܠܛܘܢ ܐܪܝܣܛܘܛܠܝܣ. ܘܣܒܐ ܪܫܐ. ܘܫܪܟܐ.
ܘܥܡܠܐ ܪܒܐ. ܒܡ ܥܒܕܐ ܕܡܬܒܥܝܢܐ ܦܪܫܢ̈ܐ
ܘܡܢ ܡܪ̈ܝܐ ܘܐܬܪ̈ܐ ∴ Ope Dei excelsi, qui omnis existentiae Dñs est, et Deus omnis res inventae, qui non particula particularis, vel universum particulare, vel particula universalis, vel universum universale tantum est, sed universum particulae, et particula universi; qui universum omnis universi est, et particula particulae, quaecunque est vel fuit vel erit vel fiet, si tantum existentiae capax sit; qui universum partis est, et pars universi, et universum universi, et pars partis earum rerum, quae simul omnis partis universum sunt, et cujuscunque partis universum, et cujuscunque universi universum, et cujuscunque partis pars, sigillatim dum fiunt omnia sua quae facta sunt;—in supradictum praesidium oculos meos fulcio, ut ab omni injuria et noxa remotus mediter, et quod ejus opis eget ad ejus robur, qui ipse fortis universum roborat, traham, scilicet, ut hoc exemplar, quod jam in manus puras subeuntis impositum est, exscribam. Dictum est autem Liber Butyri Sapientiae, ubi omnia, quae ad duo recta et optime stabilita studia, Logicam et Philosophiam, pertinent, congregata et coacervata sunt. Divisus est autem liber in duas partes consociatas, quia res non aliter se habet, sc. in res physicas et res divinas[l]. Harum autem duarum partium quaeque denuo in multas partes divisa est. Illa autem quae in ordine secundum locum tenet in * * *[m] partes divisus est, quarum quaeque liber appellatur: huic autem primae novem partes insunt, quorum etiam quaeque liber nominatur. Tota autem pars secunda physica est, et haec prima pars divina h. e. metaphysica. E scriptis est patris nostri beati, Deo induti, sapientum solis, et doctorum luminis, patris Mar Gregorii, mafriani Orientis, qui Abu'l Faraj, cognomine Bar-Hebraeus, qui omnem in eo inventum modum magno labore et multo taedio collegit et compilavit et congregavit e peritissimis philosophis in omni scientia versatis; e quibus erant Socrates, et Plato, et Aristoteles, et senex princeps[n] (Avicenna), caeterique

[l] Quas res Graeci *metaphysicas*, Syri *divinas* vel *theologicas* vocant. Cf. Bibl. Med. Cod. Cat. 327.

[m] Omissus est in titulo numerus: pars autem Butyri Sapientiae altera in duos libros divisus est, quorum primus in octo capita distributus de physicis tractat: alter de metaphysicis e duobus tractatibus constat, quorum primus duobus absolvitur libris, 1°. De origine et auctoribus philosophiae. 2°. De ipsa metaphysica. Alter tres libros complectitur, 1°. De ethicis. 2°. De oeconomicis. 3°. De politicis.

[n] Quod *senex princeps* sit Avicenna testem habes ipsum Bar-

viri illustres, perantiqui et medii aevi et ultimi. Excipiunt preces pro scriba, etc.

Decem inerant libri, sc.

i. Liber Isagoges, ܟܬܒܐ ܕܐܝܣܓܘܓܝ, ibid. Ad calc. ܫܠܡ... ܬ̈ܫܪܝܢ ܫܢܬ ܐܬܦܛ. ܒܥܘܡܪܐ ܕܙܥܦܪܢ ܥܢܝܐ ܝܘܣܦ ܕܗܘ. ܢܬܚܣܐ ܐܡܝܢ ܀ Explicit.... manibus Josephi miseri, in coenobio Zapharanensi, anno Graec. 1809 (C. 1498). Propitius sit ei Deus, Sane.

ii. Liber Categoriarum, ܟܬܒܐ ܕܩܛܝܓܘܪܝܣ, p. 357.

iii. Liber περὶ ἑρμηνείας, ܟܬܒܐ ܕܦܪܝܡܢܝܐܣ, p. 368.

iv. Liber Analyticae primus, ܟܬܒܐ ܕܐܢܐܠܘܛܝܩܐ ܩܕ̄ܡ, p. 391.

v. Liber Apodeictices, ܟܬܒܐ ܕܐܦܘܕܝܩܛܝܩܐ, p. 415.

Deest finis, et si recte se habent signa Coptica amissa sunt folia triginta: fasciculi enim, quorum signa sunt xii, xiii, xiv, haud exstant. Inter fasciculos tamen xx, xxi, duo occurrunt, qui numeros ferunt xiii, xiv, et quum omnia ibi recto cursu eunt, forte prius adnumerati sunt fasciculi quam exarare inceperit scriba. Quod si verum sit, decem tantum folia hic desint. Ubique spatium ad scholia addenda relictum est, sed usque adhuc e scriptura planum restat.

a. Chronici Bar-Hebraei tripartiti pars prior, p. 420.

Tit. ܒܫ̄ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕ̄ ܠܥܘܕܪܢ ܘܠܡܥܕܪܢܢ ܩܪܝܢ. ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬ. ܙܒ̈ܢܐ ܕܣܝܡ ܘܡܬܛܟܣ ܠܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܘܩܬܘܠܝܩܐ ܡܫܒܚܐ. ܢܘܗܪܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܕܡܥܪܒܐ ܗܘ ܐܒܘ ܐܠܦܪܓ ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܀ Patrem et Filium et Spiritum Sanctum ad nostrum auxilium et adjumentum vocantes, scribere adgredimur Librum Descriptionis Temporum, compositum et in ordine digestum a Mar Gregorio, mafriano et catholico illustri, Orientis et Occidentis lumine, qui idem Abu'l Faraj. Preces ejus nobiscum.

Hanc Chronici partem, cui inest Historia Generalis ab orbe condito ad annum Graec. 1600, C. 1289, e codd. Bodl. edidit P. J. Bruns, Lipsiae, 1778, vir optime quoad industriam de literis orientalibus meritus, sed parvae eruditionis, et ut videtur vix recte legendi capax; quippe qui in initio ܡܪܝܐ ܕܟܠ *Dñs omnipotens* in ܡܪܝܐ ܘܡܪܝܐ ܕܟܠ mutavit, et plurima similia. Cfr. autem de editionis ejus meritis G. W. Lorsbach, Archiv für die morgenländische Literatur, i. p. 197. Paulus, Biblische Litteratur, iii. 81.—Basis ejus editionis ut videtur fuit Cod. Hunt. lii.

β. Chronici pars secunda, p. 557.

Spatium pro partis prioris colophone, et titulo praefationeque hujus partis planum e scriptura relictum est. Quales fuerint videas in Cod. Cat. Vat. iii. 340.

Bifariam divisum est opus, cujus pars prior de Veteris Foederis sacerdotibus tractans, initium a Phinea filio Eleazari ducit, et ad Hananum, Caiphae socerum, catalogi modo pergit. Quibus cito peractis, fusius de Petro apostolo, primo Antiochiae episcopo, et successoribus ejus, usque ad Ephraemum Amidensem, cujus tempore e sede pulsus est Severus monophysita, tractat. Post Severum varias sedes habuerunt sectae monophysiticae patriarchae, sed Antiochiae semper sese jactabant, quorum fata et historiam plene describit Bar-Hebraeus us-

Hebraeum in Chronico suo, p. 205, ubi de Abusahel, Avicennae praeceptore legimus, ܘܐܝܬܘ̄ ܗܘܐ ܪܒܗ ܕܫܝܟܐ ܪܝܫܢܐ. Adde p. 231, ܡܥܠܬ ܫܢ̄ܬ ܕܐܠܦ̈ܝܢ ܚܕ. ܫܝܟܐ ܪܝܫܢܐ ܐܒܘ ܥܠܝ ܚܘܣܝܢ ܒܪ ܣܝܢܐ. Quinetiam Avicennae Isagogen in Logicam ex Arabico in Syriacum convertit Bar-Hebraeus, inque titulo apud Assem. Cod. Cat. Vat. iii. 409 celebratur auctor, ut [l. ܪܝܫܢܐ] ܪܝܫܐ ܫܝܟܐ ܐܒܘ ܥܠܝ ܒܪ ܣܝܢܐ. Arabice vocatur شيخ الرييس.

que ad Nemrod, cognomine Philoxenum, qui A. D. 1285 mortem obiit.

γ. Chronici pars tertia, p. 609.

Tit. ܒܝܕ ܐܠܗܐ ܕܡܚܝܠ ܟܬܒܝܢܢ ܡܐܡܪܐ ܕܬܪܝܢ ܕܐܟܠܣܝܣܛܝܩܝ ܕܥܠ ܣܘܥܪܢܐ ܥܕܬܢܝܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܕܣܡ ܠܡܛܘܒܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝ܆ ܡܦܪܝܢܐ ܡܫܒܚܐ. ܢܘܗܪܐ ܕܡܕܢܚܐ ܘܡܥܪܒܐ. ܕܗܘ ܐܒܘ ܐܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܡܗܝܪܐ ܕܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܕܡܬܩܪܐ ܒܪ ܥܒܪܝܐ. ܡܪܢ ܥܕܪܝܢܝ ܠܘܬ ܫܘܡܠܝܐ ܀ Ope Dei qui roborat scribimus sermonem secundum Historiae Ecclesiasticae de rebus ecclesiasticis Orientis, compositum a beato Mar Gregorio, mafriano illustri, Orientis et Occidentis luce, qui idem Abu'l Faraj, fil. Aharonis, medici periti, ex urbe Melitina, cognomento Bar-Hebraeus. Dñs noster adjuva me, ut ad exitum perducam.

In hac parte recensentur primates, patriarchae, et mafriani, tum Chaldaeorum orthodoxorum, tum Nestorianorum et Monophysitarum a Thoma apostolo usque ad Jaballaham, qui A. C. 1282 Nestorianis patriarcha praeerat; et a Marutha primo Jacobitarum Orientis mafriano, usque ad A. C. 1286, quo ipse Bar-Hebraeus eam dignitatem gerebat. Ad calc. Bar-Hebraei de ipsius morte prophetia, sc.

ܡܨܝܕܬ ܥܠܡܐ ܒܫܢܬ
ܐܩܠܙ ܨܕܝ ܢܨܕܬܢܝ.
ܘܣܒܪ ܐܢܐ ܠܐ ܕܒܫܢܬ
ܐܨܩܙ ܠܐ ܐܗܘܐ ܒܟܝ.

O mundi rete, in anno 1537 tuus laqueus me cepit: et in anno 1597 opinor me non amplius in te futurum. Id quod verum evasit.

Mortis Bar-Hebraei historia a fratre ejus Barsuma conscripta, p. 636.

Tit. ܘܡܢ ܗܪܟܐ ܡܬܚܐ ܘܠܗܠ ܐܫܘܥܝܗ܆ ܕܡܫܬܥܝܢܐ ܕܗܘ ܒܪܐܘܡܝܐ ܡܟܬܒ ܥܠ ܡܘܬܗ ܕܐܚܘܗܝ܆ ܘܐܝܟܢܐ ܘܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܀ Ab hoc loco et exinde frater scriptoris Barsuma mortis Bar-Hebraei historiam commemorat, quum et ubi et quomodo evenit. Inest etiam operum ejus catalogus.

Barsumae, fratris Bar-Hebraei, historia imperfecta, p. 638. [Hunt. 1.]

123.

Codex bombycinus in folio, ff. 240 constans, Carshunicus, charactere simplici, A. D. 1578, a presbytero Marbenam de pago Kosur, eximie exaratus. Inest;

Idem commentarius ex pluribus patribus in sectiones Pentateuchi selectas, quem exhibet Cod. Bod. Or. cccxxiv, quem antea sub numerum 4 descripsi[a].

1. Encomium Legis, et Mosis prophetarum principis; quo scriptor legem a Deo ad Mosem lingua Syriaca datam esse, et a septuaginta gentis Israeliticae presbyteris, de quibus in Exod. xxiv. 9, sermo est, in Hebraicam, qua tunc populus lingua utebatur conversam, adfirmat, انزلها الله حز اسمه عليه بلسان السرياني الترجوم: ونقلها السبعين الي العبراني: بلسان قومه ولغة شعبه, fol. 2. Cfr. etiam Bod. Or. cccxxiv, fol. 7.

2. Catalogus doctorum per quorum manus tradita est Lex a Mose usque ad Christum, ibid.

3. Historia earum rerum quae ad Legem gloriosam acciderunt, وهذا خبر ما جري علي التوراة الشريفة, fol. 3. Cfr. Bod. Or. cccxxiv, fol. 8. De versione tractat septuagintavirali; de legis exemplari a rege Ptolemaeo destructo; de Hierosolymis a Tito eversis; denique de Judaeis ad Baalbec refugientibus et de illius urbis excisione ab Hadriano.

4. Libri Genesis sectt. 65 cum commentario, fol. 4.

5. Libri Exodi sectt. 22, fol. 156.

[a] Hic verior illius codicis locus esset, quippe qui non integrum sacrae scripturae textum exhibet, sed sectionum tantum selectarum. Idem commentarius in Marsh. clxxv, qui proxime recensetur, inest.

6. Libri Levitici sectt. 11, fol. 194.
7. Libri Numerorum sectt. 12, fol. 212.
8. Libri Deuteronomii sectt. 10, fol. 331.

Ad calc. [illegible] ... Scriptionis hujus legis et commentarii absolutio die postremo mensis Teshrin prioris, feria sexta, hora nona anni 1889 facta est manu servorum Dei vilissimi, presbyteri Behenam. Solitas deinde addit preces pro suorum et parentum peccatorum venia, lectoresque rogat ut errores corrigent, se enim non ad scribae artem edoctum esse, sed ex aratro sequendo fortiter ad libros exscribendos se applicasse لان هو الكتاب متعلم . ولا هو ناسخ . لان من قفا الفدان جا واتجاسر على الكتابة . Sequuntur preces pro lectore etc., quas plenior sui descriptio excipit, قاس الحقير وباسم المعمودية مربهنام من قرية المعمورة القصور *presbyter vilis et nomine baptismali Marbenam e pago bene habitato Kosur.*—E quo pago نضر في هذا الكتاب المبارك حسن باسم شماس ابن ابراهيم من قرية المعمورة القصور diaconus Hasan se in hunc librum incubuisse dicit: ubi notandum نضر pro نظر positum, secundum pejoris aevi usum.

Excerpta quaedam ex hoc codice fecit Guise, quae videas in Cod. Marsh. lxxxviii: plura autem cum Gagnierii versione Latina edidit Fabricius in S. Hippolyti Opp. vol. ii. pp. 33—44. Haec rejecit Gallandius, Bibl. Vet. Patr. ii. Proleg. xlix, ut veri Hippolyti indigna, et Rabbinorum ineptiis similiora. Notavit etiam quod Hippolytus nunquam episcopus, sed *Expositor Targum*, [illegible], vocatur. Sane quae de diluvio habet satis inepta sunt. Plura de his videas apud Nicoll. Catal. Cod. Or. Bibl. Bod. ii. 450, ubi Hippolytus versionis Syriacae simplicis expositor fuisse multis argumentis ostenditur.

[HUNT. 84.]

124.

Codex chartaceus in folio, ff. 502 constans, in fine mutilus, Carshunicus, charactere simplici, ab Isaaco metropolitano, A. C. 1553, crasse exaratus. Inest;

Idem commentarius ex patribus in Pentateuchum ac in codice proxime antecedente.

1. Index, fol. 2.
2. Legis traditio, fol. 16. Sequuntur scribarum nomina.
3. Legis historia, fol. 19.
4. Genesis, fol. 20; Exodus, fol. 305; Leviticus, fol. 398; Numeri, fol. 438; Deuteronomium, fol. 480. Sectionis decimae finis deest.

Ad libri Genesis calc. exstat scriptoris nomen, sc. [illegible] Absolutus et perfectus est hic primus Mosis prophetae legis liber mea manu miseri Isaaci, quod ad nomen adtinet metropolitani, fil. Hierosolymitani Abraham Shah, fil. beate defuncti doctoris Salomonis, cognomine Homrat, e Beth Alhalik in urbe munita Halebo. Exscriptus est in ecclesia dñae Mariae in urbe Alap-

kosia[a] in ditione Cypri, anno Gr. 1865: et Dño nostro laus et honos, Amen.

In fol. 398 autem idem Isaacus se Dionysium adpellat, secundum episcoporum orientalium morem, qui ad metropolitani dignitatem evecti, aliud nomen sibi adsumunt, بيدي الحقير ديونوسيوس باسم مطران اسحاق ولد المقدسي ابراهيم شاه من مدينه حلب المحروسه غفر الله للكاتب ومن قرا به وسمع امين • Denique addit, ونقلت هده النسخة السعيده : من السرياني للعربي : ومن العربي علي الغرشوني • Exemplar hoc benedictum e Syriaco in Arabicum, et ex Arabico sermone in Carshunicum verti.

In ff. 438, 480, alii ejusdem generis colophones exstant. [MARSH. 175.]

125.

Codex bombycinus laevigatus, ff. 444 constans, Carshunicus, saeculi forte decimi quinti, charactere simplici luculenter exscriptus. Inest;

Commentarius in Pentateuchum maxima ex parte ex Ephraimo Syro desumptus[b].

Tit. ܒܫܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ: ܒܩܘܬܟ ܝܐ ܪܒ ܢܒܬܕܝ ܘܢܟܬܒ ܟܬܐܒ ܐܠܠܗ ܐܠܡܓܝܕ. ܟܬܐܒ ܐܠܬܘܪܝܗ. ܐܘܠ ܕܠܟ ܐܠܣܦܪ ܐܠܐܘܠ ܡܢ ܣܦܪ ܐܠܚܠܝܩܗ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius, per tuam Dñe potentiam scribere adgredimur Librum Dei gloriosi, librum scilicet legis, cujus prima pars est Genesis, fol. 1.

1. Liber Genesis, qui divisus est in lectiones (قرايه) 57, per jejunium quadragesimale recitandas, ibid.

In fol. 104 computat Ephraimus e Gen. xxv. 16 quod regnum Ismaelitarum annos 650 duraturum esset, وكذلك يقال عن قول الله عن اسمعيل انه يلد اثني عشر ريس. ان الاثني عشر اشاره الي مدة مقام هذه الدوله متسلطه علي الارض . يقال انها اثني عشر اسبوع وسطاني. لان الاسبوع الصغير سبعه . والـكبير سبعين . والوسطاني سبع اسابيع . وهي تسعه واربعين . والتوريه تحسب الوسطاني ابدا خمسين . لانها تضيف علي التسعه واربعين واحد . تجعله خمسين . والخمسين اثني عشر مره تكون ست مايه • Cui computationi adnotavit scriba, dixisse Bar-Hebraeum eam et recte se habere, et in suis temporibus, urbe Bagdad ab Houlagu capta, et Chalifarum regno ad finem perducto, impletam esse; قال عن هذا التفسير انه حق . وقد راينا انه قد تم في ايامنا • وذلك ان في سنة ستمايه وخمسين من مملكة هذه الامه المذكوره خبست بابل واخذت وقتل الخليفه الذي كان اعتماد هذه الامه عليه . وبطل سلطانهم الوعدي اعني وعد الله لابرهيم انه يجعل اسمعيل امه كبيره • Eadem computatio in Marsh. ccccxl. 1, ff. 134, 135, exstat, sed deest scribae nota.

---

[a] Urbs Alapkosia insulae Cypri metropolis est, vulgo Nikosia, sed etiam Lepkosia adpellata.

[b] Idem commentarius in tres Pentateuchi priores libros in Cod. Hunt. cxii exstat, et supra sub N°. 5 recensitus, rectius in hunc locum revocandus est. Aliud etiam exemplar obfert Cod. Marsh. ccccxl, qui proxime sequitur. Quod Ephraimi sit ne in hoc codice hilum quidem, sed in Cod. Hunt. cxii, fol. 8, expositio cum his vocibus incipit, قال مار افريام مفسر هذا الكتاب المبارك *Dixit Mar Ephraimus benedicti hujus libri expositor*. Necnon in Cod. Marsh. ccccxl. 1, fol. 4, قال القديس مار افريم مفسر هذا الكتاب • Unde quamvis vix aliquid in eo invenio quod cum editis S. Ephraimi operibus quadrat, major tamen ejus pars ad eum tribuenda videtur. Quod ejus tamen omnino non sit, certe e fol. 268 [Cod. Marsh. ccccxl. 2, fol. 340, c. 4], ex expositione Exod. xxxi. 1—11 adparet: inter primores enim ecclesiae, qui divino spiritu instincti essent, numerat Dionysium Areopagitam, Gregorium Thaumaturgum, Gregorium Armeniae episcopum, Basilium et fratrem ejus Gregorium, necnon Nazianzenum, et Theologum, Alexandrinos Petrum, Alexandrum, Athanasium, Cyrillum, aliosque aevo Ephraimitico posteriores.

Quod ad textum adtinet, propius omnino ad versionem simplicem, quam ille, quem Codd. Hunt. lxxxiv, Marsh. clxxv, Bod. Or. cccxxiv exhibent, adcedit.

2. Libri Exodi lectiones 19, ܣܦܪ ܚܪܘܓ ܒܢܝ ܐܣܪܐܝܠ ܡܢ ܡܨܪ, fol. 167.
3. Libri Levitici lectiones 13, ܣܦܪ ܐܠܠܐܘܝܝܢ, fol. 293.
4. Libri Numerorum sectiones (فصول) 22, ܐܠܣܦܪ ܐܠܪܐܒܥ ܡܢ ܐܠܬܘܪܐܗ ܐܕ ܐܡܪ ܐܠܠܗ ܡܘܣܝ ܒܐܚܨܐ ܒܢܝ ܐܣܪܐܝܠ, fol. 376. Usitatius vocatur عدد بني اسرايبل.
5. Libri Deuteronomii brevis expositio, neque in lectiones nec in sectiones distributa, ܣܦܪ ܐܠܬܬܢܝܗ, fol. 412.

Ad calc. ܢܓܙܬ ܐܠܬܘܪܐܗ ܐܠܡܩܕܣܗ ܓܡܣܗ̈ ܐܣܦܐܪܗ ܒܬܡܐܡܗ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܬܥܐܠܝ ܘܬܘܦܝܩܗ. ܘܩܘܬܗ ܘܡܓܕܗ. ܗܘ, ܒܪܣܡ ܐܠܐܒ ܐܠܦܐܨܠ. ܐܠܛܐܗܪ ܐܠܦܐܝܩ ܐܠܟܐܗܢ ܐܠܡܘܬܡܢ ܐܠܩܣܝܣ ܥܝܣܝ ܐܠܡܥܪܘܦ ܒܐܒܢ ܚܘܪܝܗ. ܡܢ ܩܪܝܗ̈ ܐܠܡܒܐܪܟܗ ܐܠܡܥܪܘܦܗ. ܘܠܐ ܠܐܚܕ ܣܠܛܐܢ ܡܢ ܩܒܠ ܐܠܬܠܝܬ ܐܠܡܩܕܣ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܢ ܝܐܟܕܗ ܒܠܘܢܐ ܒܘܓܗ ܡܢ ܐܠܘܓܘܗ ܘܠܐ ܒܚܝܠܗ ܟܠܗ ܘܡܢ ܐܪܐܕܗ ܒܩܗܪ ܐܘ ܐܓܬܝܐܠܐ ܒܣܪܩܗ ܐܘ ܝܟܬܡܗ ܡܢ ܨܐܚܒܗ ܐܘ ܝܐܡܪ ܡܢ ܝܟܬܡܗ ܐܘ ܢܡܪ ܡܢ ܓܗܬܝܗ ܫܝܐ ܐܘ ܢܩܠܗ ܥܢ ܡܢ ܐܠܛܪܦܝܢ. ܐܘ ܝܐܕܢ ܡܢ ܝܬܠܦܗ. ܐܘ ܝܩܛܥ ܡܢܗ ܘܪܩܗ ܘܐܚܕܗ. ܐܘ ܝܐܡܪ ܡܢ ܝܩܛܥ ܡܢܗ ܡܬܥܡܕ. ܝܩܛܥ ܐܠܠܗ ܚܝܐܬܗ ܡܢ ܐܠܕܢܝܐ. ܘܐܠܐܟܪܗ. ܘܝܡܘܬ ܐܠܡܘܬܗ ܐܠܬܐܢܝ ܘܠܐ ܝܪܝ ܘܓܗ ܐܠܡܣܝܚ. ܘܠܐ ܝܓܕ ܪܐܚܗ. ܘܠܐ ܝܟܘܢ ܠܗ ܡܓܦܪܗ ܘܝܟܘܢ ܢܨܝܒܗ ܡܥ ܪܘܣܐ ܐܠܫܝܐܛܝܢ. ܘܥܩܘܒܬܗ ܡܥ ܩܐܝܢ ܐܠܠܥܝܢ. ܘܥܕܐܒܗ ܡܥ ܐܗܠ ܐܠܛܘܦܐܢ. ܘܣܕܘܡ ܘܥܡܘܪܐ. ܘܐܕܡܐ ܘܨܒܘܝܡ. ܘܡܥ ܐܗܠ ܟܦܪܢܚܘܡ. ܘܝܟܘܢ ܡܣܟܢܗ ܐܠܓܚܝܡ ܡܥ ܕܠܟ ܐܠܓܢܝ ܐܠܕܝ ܕܟܪܗ ܪܒܢܐ ܦܝ ܐܠܐܢܓܝܠ. ܘܝܟܘܢ ܫܪܝܟܐ ܠܠܡܪܐܝܝܢ ܐܠܕܝܢ ܨܪܟܘ ܥܠܝ ܐܠܡܣܝܚ ܪܒܢܐ ܩܕܐܡ ܒܝܠܐܛܘܣ ܐܨܠܒܗ ܐܨܠܒܗ. ܕܡܗ ܥܠܝܢܐ ܘܥܠܝ ܐܘܠܐܕܢܐ. ܘܐܡܐ, ܡܫܬܪܝܗܐ ܡܢ ܨܐܚܒܗܐ ܐܠܡܕܟܘܪ ܘܝܠܚܡܠܗ. ܐܘ ܝܫܬܒܗܐ ܝܟܘܢ ܡܟܐܪܝܟ ܘܡܚܠܠ ܡܢ ܪܒܢܐ ܝܣܘܥ ܐܠܡܣܝܚ ܐܠܕܝ, ܪܒܛ ܐܠܠܝܢ ܡܢ ܟܠܡܬܗ. ܘܝܟܘܢ ܡܣܡܘܚ ܦܪܘܗ ܐܠܢܝܪ. ܘܢܨܝܒܗ ܦܝ ܡܠܟܘܬ ܐܠܣܡܐܘܬ. ܘܝܓܕܗ ܦܝ ܢܥܝܡ ܐܠܦܪܕܘܣ. ܘܝܟܘܢ ܦܝ ܚܨܢ ܐܒܪܐܗܝܡ ܐܠܡܩܕܣܝܢ. ܘܒܪܟܗ ܠܒܝܬ ܐܠܟܬܒܗ ܘܐܠܐܒܢܐ ܘܐܠܡܘܠܗ. ܘܐܠܬܘܪܐܗ ܘܐܠܡܙܡܘܪ ܐܠܝ ܐܘܠ ܐܠܕܗܪ. ܘܐܠܒܢܬ ܠܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܘܟܠ ܐܘܠܐܕ ܘܐܠܐܒ ܐܢ ܐܠܕܗܘܪ ܐܠܐܒܕ, ܠܐ ܝܦܢܝ ܘܠܐ ܝܬܒܕܠ ܘܠܐܠܗܢܐ ܓܠܗ ܘܠܐ ܢܗܐܝܗ ܐܡܝܢ ⁘ Explicit. legis sanctae quinque libri integri ope Dei summi, et concursu ejus et potentia gloriosa, exscripti in usum patris excellentis, casti, eximii, sacerdotis fidi, presbyteri Isae, cognomine Ibn Huriyah, e pago benedicto Nabk. Nemini quinetiam e sancta Trinitate, Patre et Filio et Spiritu Sancto, concessa est potentia aliquo quocunque modo hunc librum ab eo abripere. Quicunque autem vel vi vel furto eum tollere velit, vel a possessore occultet, vel ut alius eum occultet jubeat, vel aliquid ab utro fine destruat, vel ut alius destruat concedat, vel folium unum ab eo praecidat, vel sua sponte ut alius praecidere jubeat, Deus vitam ejus et ab hoc et a futuro mundo praecidat, mortemque secundam moriatur, neque Messiae vultum videat, neque quietem adipiscatur, neque sit ei peccatorum remissio, sed sit sors ejus cum diabolorum principibus, et poena ejus cum maledicto Cain, et supplicium cum gente diluvii, incolisque Sodomorum et Gomorrhae, et Admae et Zeboim, necnon cum incolis Capharnahum; sitque habitatio ejus Gehenna cum illo divite, cujus Dñs in evangelio mentionem fecit; sitque hypocritarum socius, qui de Christo Dño nostro ante Pilatum magna voce inclamantes dixerunt Crucifige eum, Crucifige eum: sit sanguis ejus super eos et liberos eorum. Qui autem e possessore supradicto

librum mutuo petat, ut legat vel transcribat, benedictus sit et e peccatis absolutus a Dño nostro Jesu Christo, qui maledictionem e creatione sustulit, sitque habitatio ejus paradisus beatus, et beatitudo ejus in regno caelesti, et sors ejus in Hierosolymis quae supra sunt, et portio ejus in virginum caelestium ecclesia, ubi socii ejus prophetae erunt universi, et apostoli, et martyres, et sancti, in saecula saeculorum; et gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto nunc et semper, et in ultimum tempus, quod neque desinet neque ad finem veniet: et Deo gloria sine fine, Amen.

In fol. 443 longa inest narratio Carshunice misere exscripta, qua commemoratur venditio hujus codicis ab episcopo quodam Abrahamo ad diaconum Petrum, fil. Jacobi mercatoris sericarii بطروس ولد المرحوم معلم يعقوب الحريري. Facta est venditio anno Graecorum 1865, C. 1554, quo tempore Catholicus, h. e. Mafrianus, fuit Elias, قاتوليق المشرق: باسم مفريان اليا; Emessae autem episc. Athanasius, الاب المعظم ماري اثانسيوس المكرم بمرعيت حماة وما ينسب اليها من القرا والدساكر. De pretio nihil. Denique in margine sigillum quater impressum, vix legendum. Inscriptio forte sit ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܘܒܣܝܠܝܘܣ ܡܚܝܠܐ, Ignatius patriarcha, et Basilius infirmus. Forte nomen ei ante fuit Basilius, quam ad patriarchatum evectus est. [Bod. Or. 154.]

126, 127.

Codex bombycinus in folio, ff. 373 in duos tomos divisis constans, Carshunicus, binis columnis, charactere simplici, A. C. 1488, a Josepho presbytero exscriptus. Inest; Ejusdem commentarii[a] ac in cod. proxime antecedente pars prior, in Genesin et Exodum.

1. Libri Genesis lectiones 57 mane et vespere per jejunium quadragesimale recitandae, fol. 3. Ad calc. ܐܥܠܡ ܐܝܗܐ ܐܠܐܒ ܐܢ ܣܦܪ ܐܠܚܪܘܓ ܩܒܠ ܣܦܪ ܐܠܬܟܘܝܢ ܟܬܒ ܘܡܘܣܝ ܐܡܪ ܝܫܘܥ ܒܢ ܢܘܢ ܢܣܟ ܣܦܪ ܐܠܚܪܘܓ. ܠܟܘܢ ܐܠܐܚܒܐܪ ܦܝܗ ܬܩܕܡܬ. ܦܠܗܕܐ ܡܘܣܝ ܣܦܪ ܐܠܬܟܘܝܢ ܐܘܠܐ. ܠܟܢ ܡܘܣܝ ܡܐ ܐܬܝ ܥܠܝ ܣܦܪ ܐܠܬܟܘܝܢ. ܐܠܐ ܒܥܕ ܣܦܪ ܐܠܚܪܘܓ ܘܐܠܚܡܕ ܠܠܗ ∴ Scito, O pater, librum Exodi ante librum Genesis scriptum esse. Mosem autem Jesum filium Nun jussisse, ut librum Exodi primum transcriberet, propterea quod quae in eo narrantur prius factae sunt, qua de causa Moses librum Genesis in priore loco posuit: ipsum autem ad hunc librum scribendum non nisi ad finem perducto Exodo adcessisse: et Deo gratia. Postea commemoratur scriba Josephus.

2. Exodi lectiones 30 per jejunium et festis diebus recitandae, fol. 215. Ad calc. ܟܡܠ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ. ܬܥܐܠܝ. ܣܦܪ ܐܠܟܘܢ ܘܣܦܪ ܐܠܚܪܘܓ ܡܢ ܐܠܬܘܪܝܗ ܥܠܝ ܝܕ ܥܒܕ ܐܠܚܩܝܪ. ܘܐܠܟܬܝܪ ܠܚܛܝܐ. ܘܐܦܩܪ ܐܠܝ ܪܚܡܗ ܬܥܐܠܝ ܝܘܣܦ ܒܢ ܐܠܩܣ ܐܠܩܣܝܣ ܒܛܪܘܣ ܘܒܢ ܐܠܩܣ ܝܘܚܢܐ ܡܢ ܩܪܝܗ ܥܩܪܐ ܣܘܪܝܐ ܐܠܡܥܡܘܪܗ. ܘܟܐܢ ܐܠܦܪܐܓ ܘܣܢܗ ܐܠܦ ܘܐܪܒܥ ܡܐܝܗ ܘܬܡܢܝܗ ܘܬܡܢܝܢ. ܦܝ ܐܝܐܡ ܐܠܐܒ ܐܠܡܥܛܡ ܐܠܒܛܪܝܪܟ ܐܠܓܠܝܠ ܡܐܪ ܦܝܠܘܣ ܐܠܚܠܒܝܢܝ ܐܠܡܒܐܪܟ ܐܠܢܦܣ ܐܠܐܢܛܐܟܝ ܘܡܟܐܢ ܦܝ ܕܝܪ ܡܪܩܣܐ ܐܠܩܕܝܣ ܘܣܟܢܗ ܦܝ ܓܒܠ ܠܒܢܐܢ. ܘܓܠܝܦܬܗ ܐܠܡܪ ܐܠܦܐܓܠ ܐܠܡܛܪܦܘܠܝܛ ܡܐܪ ܥܡܢܘܐܝܠ. ܐܒܪܡ ܐܠܢܩ ܪܒܐܣܛܐ ܘܪܓܥ ܦܝ ܐܠܡܠܟܘܬ ܦܪܢܣܝܣܡܐ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ. ܘܦܝܗܐ ܐܠܡܠܟܘܬ ܦܝ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܢܘܣܝܣ ܐܠܥܒܝܕ ܐܠܡܓܠ ܐܠܡܣܝܚܝ

[a] Ad ea quae in priore codice de Ephraimo hujus commentarii non omnino auctore disputavi, adde quod in fol. 7 Basilii mentio fit, in fol. 68 Antonii et Macarii, in fol. 150 Arii, Macedonii, Nestorii, et ܐܘܛܝܟܘܣ, denique in ff. 298, 308, Antonii, Macarii, et Pachomii.

[Syriac text]

Explicit. ope Dei summi libri legis Genesis et Exodus breviter expositi; et Dño nostro gloria. Finitum est autem hora nona feriae quartae diei 25 currentis benedicti mensis Hhaziron, anno 1799 Graecorum, C. 1488, in diebus dñi sancti spiritalis illustris Mar Petri, throni Antiochiae possessoris, sed tunc temporis in coenobio dñae Virginis Canubin in monte Libano degentis: et vicarii ejus sancti eximiique metropolitani Mar Simeonis: concedat Dñs ut principatus eorum perpetuus sit, et thronum eorum regnando in altum evehat, Amen, Amen.—Curam autem hujus libri spiritalis gessit senex gloriosus venerabilis diaconus Petrus e pago benedicto Acnah in monte Libano, qui eum acquisivit in suum bonum et filiorum, diaconi Vaheb, et diaconi Antonii:—Deum oro ut quae summa sint bona eis dum vivant concedat, et ex hoste superbo virisque invidis et laqueo occulto salvos eos faciat, Amen: immo longis vitae temporibus frui, et ad portum pacis postremo adpellere concedat iis Deus, Amen, Amen.

Et postea; [Syriac text] [l. [Syriac text]] [Syriac text] Perfectus et finitus est per manus viri imbecillis et peccatoris, culparum et abominationum pleni, indignique propter peccatorum multitudinem qui nomen in hoc libro inscribat, sed ut bona ei memoria sit nomen scribit, sc. Josephum peccatorem, nomine presbyterum, sed ab hac appellatione quantum Oriens ab Occidente, et ab Austro Septentriones, remotum. Patrem omnem oro an abbas sit an frater peritus, qui in hoc libro in mendam, sive in verbo sive in puncto sit, incidat, ut secundum sapientiam suam corrigat, neque mihi culpae tribuat: inveniet enim omnes res creatas si ad Deum eas conferat, perfectione carentes. Orate pro nobis, (immo) pro me propter Dñm nostrum, et cuicunque secundum preces ejus in duas generationes sive in bonum sive in malam, remuneratio sit, Amen, Immo, et Amen.

Aliae tres inscriptiones breves sequuntur, sc. [Syriac text] Memoria teneantur prophetae et apostoli et martyres sancti; memoria teneatur ecclesia cum filiis ejus; et Maria Deipara: memoria teneatur tota in Christo fraternitas, et patres corporei et spiritales in saecula.

[Syriac text]

Sane fratres ut gaudet nauta quum navis

ejus in pacis portum ingrediatur, sic gaudet scriba in ultima scribenda linea. ܀ ܫܘ̄ ܠܐܒܐ ܕܚܝܠ. ܘܠܒܪܐ ܕܥܕܪ. ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘ̄ ܕܫܟܠܠ ܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܦ ܘܐܡܝܢ ܀ Gloria sit Patri qui robur dedit; et Filio qui opem tulit; et Spiritui Sancto qui perfecit; e saeculis et ad saecula saeculorum, Amen, Immo, et Amen.

Aliae excipiunt inscriptiones, sc. 1. Enumeratio vocum quae in quocunque totius scripturae libro insunt, secundum quam in Novo Foedere insunt 20, 485, et in tota scriptura voces 90,000, Syriace, fol. 371. 2. Brevis de Christi regno commentatio, et sermo ejus ad Pilatum, Joh. xviii. 36—38, Arabice, ibid. 3. Series prophetarum, cum annorum quos quisque vixerit, et vitam propheticam egerit, descriptione, Syriace, fol. 372. 4. Legatio hujus codicis a diacono Vaheb, A. Gr. 1853, C. 1542, ad coenobium Canubin, cum solitis interdictionibus, ne quis eum vendat, vel pignori det, vel e loco amoveat, Carshunice, ibid. Multae insuper inscriptiones sunt, et hic et in primi tomi initio, et Arabice, et Syriace, partim eorum qui in hunc librum inspexerint, partim aenigmata, partim de miseriis quae in anno 1612 in urbem Tripolin acciderunt; denique in fol. 372 vo., de hujus codicis a monachis Canubin venditione octingentorum dirrhemorum pretio, sive nostrae monetae £20, هذا الكتاب انتقل... من دير قنوبين ببيع في مبلغ من الدراهم العديه ثمان ماية درهم. De anno quo venditus est nihil. [Marsh. 440. 1, 2.]

128.

Codex chartaceus in folio, ff. 352 constans, saeculi decimi septimi, manu Dudleii Loftusii a codice in Bibliotheca Collegii S. Trinitatis apud Dublinenses adservato[a], binis columnis, charactere simplici exscriptus. Insunt;

Commentarii Mosis Bar-Cephae et Dionysii Bar-Salibaei in Novum Testamentum.

1. Expositio epistolarum S. Pauli a Mose Bar-Cepha[b], urbis Beth-Chino episcopo, scripta.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܦܘܫܩܐ ܕܐܓܪ̈ܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܥܒܝܕ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܡܘܫܐ ܡܬܟܢܝܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܐܦܝܣ̄ ܀ Potentia divina scribere adgredimur expositionem epistolarum beati Pauli apostoli, a sancto Mar Mose, cognomine Bar-Cepha, episcopo, factam.

1. Capita libro praeponenda in praefationis modum, pag. 1.

2. Epistolarum expositio, sc. α. ad Romanos, pag. 5; β. ad Corinthios primae, pag. 21; γ. secundae, p. 31; δ. ad Galatas, p. 36; ε. ad Ephesios, p. 40; ϛ. ad Philippenses, p. 43; ζ. ad Colossenses, p. 45; η. ad Thessalonicenses primae, p. 47; θ. secundae, p. 49; ι. ad Timotheum primae, p. 52; ια. secundae, p. 55; ιβ. ad Titum, p. 57; ιγ. ad Philemonem, p. 59; ιδ. ad Hebraeos, p. 61.

In hac expositione primum laudat Moses verba epistolae, non omnia, sed ea tantum quae exponenda sunt, quae postea brevissime explicat. Exemplo sit ep. ad Rom. caput nonum, in quo duobus prioribus versibus omissis, v. 3 sic exponit; Precabatur ut ipse anathema esset, et a Christo amotus, si sic fieri posset ut illi accederent: immo potius optabat ab eo alienari, quam ut vel ille, vel Deus pater blasphemaretur. Deinde ad v. 6 proficiscens, primam partem significare dicit, neque verbum Dei, neque promissa ejus excidisse, propterea quod Judaei

[a] Cf. praef. ad versionem Bar-Salibaei, cui nomen, 'The Exposition of Dionysius Syrus on the Evangelist S. Mark,' ad finem.

[b] Vitam Mosis Bar-Cephae versioni Commentarii ejus de Paradiso praefixit And. Masius. Cf. etiam Le Quien, Or. Christ. ii. 1575; Assem. B. O. ii. 218, 219.

sua ipsorum malitia reprobati sint: alteram autem innuere, quod multi essent ex Judaeis qui crediderint. Ex pp. 1—81 constat.

2. Dionysii Bar-Salibaei[c] Catena in quatuor evangelistas.

Tit. ܥܠ ܬܘܟܠܢܐ ܫܪܝܪܐ ܕܚܕ ܐܠܗܐ ܡܥܒܕܢܐ ܕܟܠ ܛܒ̈ܬܐ ܡܫܪܝܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܦܘܫܩܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝ̈ܫܐ ܕܡܟܪܟ ܒܩܦܝܣܬܐ ܠܐܒܘܢ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܟܬ̈ܒܐ ܕܡܦܫ̈ܩܢܐ ܘܒܥܘܕܪܢܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܬܐ ܐܬܟܢܫ ܀ Firma unius Dei fiducia, qui omnia bona largitur, scribere adgredimur expositionem sanctorum evangeliorum breviter excerptam a patre nostro Mar Dionysio, qui etiam Jacobus Bar-Salibaeus, ex omnibus expositorum libris, prout a Spiritu Sancto adjutus est.

1. Praefatio[d], pag. 1.

2. Expositio evangelii S. Matthaei[e], pag. 17; S. Marci[f], pag. 313; S. Lucae, pag. 337; S. Joannis, pag. 443. [Bod. Or. 703.]

129.

Codex chartaceus in folio, ff. 258 constans. Insunt;

1. Epistola a Gulielmo Sancroft, Archiepiscopo Cantuarensi ad Joannem Fell, Episc. Oxoniensem, 13 Sept. 1681, Anglice scripta, de Dudleii Loftusii versionibus ex sermone Syriaco in Latinum.

2. Epistola ad eundum ab ipso D. Loftusio, 4 Julii 1681, Anglice scripta, qua se expositionem in totum Novum Testamentum, praeter Apocalypsin, a Dionysio Bar-Salibaeo, et Mose Bar-Cepha confectam Syriace, necnon versionem ejusdem Latinam, edere, in mente habere adfirmat.

---

[c] Jacobus filius Salibi nomen sibi Dionysii ex more sumpsit quum ab Athanasio viii, patriarcha Jacobitarum, urbis Germaniciae episcopus creatus est. Ad episcopatum Mabugensem postea translatus, postremo ecclesiae Amidensi A. C. 1167 a Michaele Athanasii successore praefectus ibi A. C. 1171 mortuus est. De eo fusius tractat Assem. B. O. ii. 156—211, ubi operum ejus catalogum dedit.

[d] Hujus praefationis versionem Latinam dedit Dudleius Loftusius sub titulo, 'Introductio Dionysii Syri in expositionem suam quatuor evangelistarum,' ad calc. operis ejus 'The Exposition of Dionysius Syrus on the Evangelist S. Mark,' 4°. Dublin, 1672. Insunt etiam in hoc opere multa ex S. Matthaei expositione desumpta Anglice versa.

[e] Ad calcem hujus expos. ܐܝ̈ܕܝܐ ܐܢܫ ܚܛܝܐ ܕܫܡܗ ܡܬܝ ܒܪ ܝܘܚܢܢ ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ ܥܠܘܗܝ ܀ Per manus viri peccatoris cui nomen Matthaeus, fil. Joannis: qui legit, oret pro eo. Hanc exscriptionem ex codice antiquiore desumptam Latine reddidit Loftusius in versionis suae fol. 121, ap. cod. Fell. vi, q. v.

[f] Hujus expositionis versionem Anglicanam dedit Dudleius Loftusius sub titulo, 'The Exposition of Dionysius Syrus; written above 900 years since on the Evangelist S. Mark,' 4°. Dublin, 1672. Adfirmat etiam in praefatione sua, 'It is certain that he flourished before 1058 of the Grecian account.' Et postea, 'This treatise of our Dionysius, being dated the year 1058 of the Greeks, it follows that he flourished before the year 784 of our aera.' Revera autem mortuus est Dionysius A. Gr. 1482, C. 1171. Laudat etiam in introductione sua Mosem Bar-Cepham: sed ipse Bar-Cepha non nisi A. Gr. 1214, C. 903, mortem obiit. Quum igitur certe adparuit Loftusium in colophone vertendo magnopere erravisse, virum eximium, J. H. Todd, S. T. P., per literas oravi, ut colophonem mihi transmitteret: qui, qua est comitate, et certum me fecit de commentario a codice [B. 2. 9] apud Dublinenses adservato, quod prius suspicatus sum, exscripto, et colophonem mihi exscripsit, sc. ܫܠܡ ܫܢܬ ܐܬܩܢ ܘܚ ܕܝܘܢ̈ܝܐ, unde facile patet error. Quid enim scriptum est significat, Explicit. anno Graecorum 1508. Si tamen punctum e litera ܢ vel auferas vel negligas, ita ut sit ܫܠܡ ܫܢܬ ܐܬܩܢ ܘܚ ܕܝܘܢ̈ܝܐ, habes id quod dedit Loftusius, Explicit. anno Graecorum 1058. Codex igitur Dublinensis annos 26 post Dionysium mortuum scriptus est, et locum primarium jure sibi arroget, si quis, id quod maxime optandum est, Dionysii catenam ex optimorum patrum operibus collectam, sibi edendam adsumat. Multa etiam in eadem Loftusii praef. prava insunt, quae obiter perstringere liceat. Joannem enim Darensem Ephraimi Syri discipulum adpellat; quod vix fieri possit quum Joannes commentarium in Dionysii Pseudo-Areopagitae opera scripsit, et A. Gr. 1148, C. 837 adhuc vivebat. Severus etiam quem laudat Bar-Salibaeus, minime Alexandrinus sed Antiochenus fuit. Bar-Salibaeus enim, partis Monophysiticae fautor, propugnatorem illum suae hereseos acerrimum, eadem veneratione qua omnes Monophysitae prosequitur. Neque omnino sine ratione. Expositio enim ejus in evangelia tanti pretii apud antiquos fuit, ut multa ex ea etiam in suam Auream Catenam admisit Thomas Aquinas. Eadem de causa saepe laudat Bar-Salibaeus Philoxenum Mabugensem, cujus etiam summa fuit apud Monophysitas auctoritas.

3. Dionysii Bar-Salibaei expositionis in quatuor evangelistas versio Latina per Dudleium Loftusium juris utriusque doctorem; α. Evang. S. Matthaei, fol. 1. Desunt ff. 31—78. β. Evang. S. Marci, fol. 242.

Evangelium S. Matthaei manu ipsius Loftusii, S. Marci autem scribae nescio cujus scriptum est. [FELL. 6.]

130.

Codex chartaceus in folio, ff. 245 constans. Inest;

Dionysii Bar-Salibaei expositionis in quatuor evangelistas; item Mosis Bar-Cephae in S. Pauli epistolas versio Latina per Dudleium Loftusium.

1. Dionysii Bar-Salibaei expositio, α. in Lucae evang., fol. 1; β. in Joannis, fol. 105.

2. Mosis Bar-Cephae expositio in S. Pauli epistolas Latine reddita per eundem, fol. 194.

Manibus diversis scriptum est, multa autem manu ipsius Loftusii. [FELL. 7.]

131.

Codex bombycinus in folio, ff. 271 constans, binis columnis, charactere simplici luculenter exaratus. Inest;

1. Dionysii Bar-Salibaei, Amidae episcopi, Catena in Matthaei evangelium, fol. 1.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܘܡܫܡܠܝܢܐ ܕܟܠ ܛܒ̈ܬܐ. ܡܫܪܝܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܦܘܫܩܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܕܡܠܩܛ ܒܦܣܩܢܘܬܐ ܠܐܒܘܢ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܗܘ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܡܢ ܟܬ̈ܒܐ ܕܡܦܫ̈ܩܢܐ. ܘܥܘܕܪܢܐ ܩܕܝܫܐ ܐܬܝܗܒ ܀

Ope et auxilio Trinitatis sanctae, unius veri Dei, omnium bonorum largitoris, scribere adgredimur evangelii sancti expositionem, e libris expositorum in compendii modo selectam a patre nostro Mar Dionysio, qui idem Jacobus Bar-Salibaeus, prout a Spiritu Sancto adjutus est.

Praefationem plene exscriptam ab Assemano, B. O. ii. 157, denuo dare supervacaneum habui: hic tantum notandum, Dionysium nihil a suo adducere, sed quae alii adferunt, digessisse et in ordine disposuisse. Quos potissimum citat, dicit esse Joannem Chrysostomum, Ephraimum Syrum, Cyrillum Alexandrinum: in secundo autem loco, Mosem Bar-Cepham, et Joannem Darensem. Praeter hos tamen haud raro laudat Africanum, Basilium, Epiphanium, Eusebium, Gregorium Nyssenum et Theologum, Mar Isaacum, Jacobum Edessenum, Jacobum Sarugensem, quem plerumque ܡܠܦܢܐ ܕܥܠܡ vocat, Marutham Tagritensem, Philoxenum Mabugensem, Severum Antiochenum, Theodorum Nestorianum, et Theodotum Ancyranum. Est etiam ubi quod dicunt Julianus, Nestoriani, Macedonii, aliique haeretici, ܐܪ̈ܛܝܩܘ, profert. Ubi tamen breviora, et e multorum consensu, nomina plerumque non adponit, ubi longiora vel quae ipse non probat, auctores addit.

Praefationem excipiunt 45 argumenta brevia de Dei existentia, et unitate; de sanctae Trinitatis personis; de Deo nato; de diaboli lapsu; quare creatus est homo, et de ejus lapsu in peccatum; quare Filius non autem Pater vel Spiritus incarnatus sit; quomodo Verbum carni unitum est neque pollutionis ejus particeps factum; quare Christus incarnatus moriendo, non autem potestate et mandato salvum fecerit mundum; adversus ethnicos; adversus Judaeos; de vocabuli Legis variis sensibus; de numero et scriptoribus evangeliorum, et aliis ejusmodi rebus. Denique in fol. 10 incipit expositio.

Ad calc. ܫܠܡ ܦܘܫܩܗ ܡܪܝ ܡܬܝ

ܦܘܫܩܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ، ܟܠ ܫܡܝܠܐܝܬ ܘܡܫܡܠܝܐܝܬ. ܐܠܗܐ ܢܚܘܣ ܠܟܠ ܕܫܘܬܦ ܠܗ ܒܗ ܒܥܡܠܘܬܐ ܐܡܝܢܐܝܬ ܐܡܝܢ ܀ Explicit auxilio Dñi et Dei nostri expositio evangelii Matthaei quam perfectissime et integerrime. Propitius sit Deus omnibus quibus in opere participatio fuit semper, Amen.

Alteram folii partem qua inerat colophon nescio quis de industria secando abstulit.

2. Tractatus de Dño nostro Christo, ff. 8 constans, Carshunicus, binis columnis exscriptus.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ ܢܟܬܒ ܓܙܘ ܡܢ ܟܬܐܒ ܐܠܒܪܐܗܝܢ ܬܚܘܝ ܐܠܟܠܐܡ ܦܝ ܐܠܣܝܕ ܐܠܡܣܝܚ ܘܪܕ ܥܠܝ ܐܠܝܗܘܕ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius, scribemus sectionem e libro argumentorum, cui inest sermo de Dño Christo, una cum Judaeorum refutatione.

In fol. 5 commemorat scriptor quid Melchitae, quid Nestoriani, quid denique Jacobitae de Christi natura adfirmant.

[Hunt. 247.]

132.

Codex bombycinus in folio, ff. (287 – 14 =) 273 constans, charactere simplici exaratus. Inest;

Dionysii Bar-Salibaei, Amidae episcopi, brevis in Apocalypsin, Acta Apostolorum, Epistolas tum Catholicas, tum S. Pauli, expositio ex antiquis patribus confecta. Cuique expositioni brevis praecedit praefatio.

Desunt ff. 1—11, 140, 180, 189, quibus in locis inserta sunt folia scriptura nuda, quasi cuidam in animo fuerit, lacunas implere.

1. Expositionis in Apocalypsin fragmentum, quod cum c. xii. 6 incipit, fol. 12. Bestiam de qua sermo est in c. xiii. 11—18 imperium Romanum esse docet. Numerum enim ejus sc. 666, secundum id quod in Alphabeta Graecorum valent literae computari oportere: hoc modo autem effici ΛΑΤΕΙΝΟΣ.

2. Expositio in Acta Apostolorum, fol. 16. Tit. ܬܘܒ ܒܥܘܕܪܢܐ ܐܠܗܝܐ ܟܬܒܝܢ ܦܘܫܩܐ ܕܦܪܟܣܝܣ ܒܡܟܬܒܢܘܬܐ ܕܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܡܝܕ ܀ Jam auxilio Divino scribimus brevem Mar Dionysii Amidensis in Acta expositionem.

3. Expositio septem Epistolarum Catholicarum, sc. Jacobi, fol. 56; Petri primae, fol. 65; alterius, fol. 72; Joannis primae, fol. 75; secundae et tertiae, fol. 79; Jehudae, ibid.

Locum proximum post Acta Apostolorum ex more has epistolas tenere adfirmat Bar-Salibaeus, sc. ܐܓܪ̈ܬܐ ܕܒܬܪ ܟܬܒܐ ܕܦܪܟܣܝܣ ܡܬܬ̈ܩܢܢ ܩܬܘܠܝܩܐ ܘܡܬܩܪ̈ܝܢ, fol. 56, col. 3. De Petri epistola secunda notat, ܐܓܪܬܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܕܦܛܪܘܣ ܠܐ ܐܬܦܫܩܬ ܠܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܥܡ ܟܬ̈ܒܐ ܕܐܬܦܫܩܘ ܒܙܒܢܐ ܩܕܡܝܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܒܡܦܩܬܐ ܕܬܐܘܡܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܚܪܩܠܝܐ. ܥܠ ܫܡ ܚܪܩܠ ܡܕܝܢܬܗ ܀ Epistola secunda Petri in linguam Syriacam non versa est eodem antiquo tempore quo caeteri libri: qua de causa non nisi in versione Thomae episcopi Hharklensis, sic dicti ex urbe ejus Hharkel, invenienda sit.

4. S. Pauli epistolarum expositio a Mar Dionysio Amidensi, ܬܘܒ ܦܘܫܩܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܡܝܕ, fol. 82.

In praefatione sua adfirmat Dionysius Jacobum Hierosolymorum episcopum epistolas S. Pauli in ecclesia recitari jussisse: Clementem autem Romanum primum in unum volumen collegisse, prioremque locum

epistolae ad Corinthios, secundum autem epistolae ad Hebraeos dedisse; in his autem duabus epistolis lingua Hebraea usum esse Paulum, in epist. ad Romanos Latina, in caeteris Graeca: Lucam autem, vel ut alii dicunt Clementem, epistolam ad Hebraeos in Graecam transtulisse. Denique de Pauli vita agens, eum martyrium subiisse dicit anno 36 post Christum crucifixum, feria quinta, die 29 Julii, ut dicunt Alexandrini, Junii autem secundum Syros et Graecos. Sequitur Expositio Ep. ad Romanos, fol. 84; ubi in praefatione sic de suis operibus loquitur; ܒܬܪ ܥܡ ܕܥܕܪ ܐܠܗܐ ܘܚܝܠ. ܕܠܫܘܠܡܗ ܐܬܝܢ ܠܟܠܗ ܥܬܝܩܬܐ. ܘܠܫܘܠܡܐ ܕܡ̈ܠܐ ܕܡܦ̈ܫܩܢܐ ܒܦܣ̈ܝܩܬܐ ܡܠܝܢ ܘܢܗܝܪܢ: ܘܐܦ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܠܓܠܝܢܗ ܕܝܘܚܢܢ. ܘܠܦܪܟܣܝܣ ܗܝ، ܟܕ ܗܘ، ܥܒܕܢ. ܐܬܐ ܐܘ̄ ܚܒܝܒܢ ܕܠܦܘܫܩܐ ܕܫܠܝܚܐ ܐܠܗܝܐ ܗܘ، ܗܕܐ ܢܥܒܕ. ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܢ ܨܠܘܬܐ ܩܪܒ ܚܠܦ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܐܟܣܢܝܐ ܕܐܡܝܕܝܐ: ܕܢܫܟܚ ܡܢ ܐܠܗܐ ܥܠ ܐܓܪ ܥܡܠܗ ܀ Postquam Deo roborante et adjuvante totam veterem scripturam ad finem perduximus, verborumque expositorum seriem quam brevissime implevimus et illustravimus, eodemque modo Evangelia et Joannis Apocalypsin, et Acta Apostolorum tractavimus, venit tempus, O dilecte noster, quod hoc idem in divini apostoli expositionem faciamus. Tu autem preces obfer pro Dionysio advena Amidensi, ut a Deo laboris ergo gratiam obtineat. Expos. ep. ad Corinthios primae, fol. 122; alterius, fol. 152; ad Galatas, fol. 178; ad Ephesios, fol. 190; ad Philippenses, fol. 201; ad Colossenses, fol. 209; ad Thessalonicenses primae, fol. 217; alterius, fol. 224; ad Timotheum primae, fol. 228; alterius, fol. 244; ad Titum, fol. 252; ad Philemonem, fol. 256; ad Hebraeos, fol. 259. Desunt omnia post c. xii. 17. In margine fol. 253 commemoratur hujus codicis emptio viginti drachmarum pretio, Anglice 10s., بثمن وقدر ومبلغ عشرين درهماً, a diacono Abd'lkadir, anno Hajrat 941, C. 1534.

Notandum quod in his brevioribus expositionibus, raro auctoris nomen addit Bar-Salibaeus. Quae sola notavi sunt Athanasius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Jacobus Edessenus, Severus Antiochenus. [Bod. Or. 560.]

133.

Codex bombycinus in quarto minori, ff. 107 constans, vetustus, fine mutilus, charactere simplici crasse exaratus. Inest;

Mosis Bar-Cephae expositio in S. Pauli epistolas succincta. Literis rubris textus, expositio nigris scripta est. Operis magnae molis, quo totum forte Novum Testamentum inesset, fragmentum esse videtur, quippe quod cum folio 391 incipit, ut e signis fasciculo cuique ex more adpositis patet.

Tit. ܥܠ ܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܡܬܬܙܝܢ ܠܡܟܬܒ ܦܘܫܩܐ ܕܐܓܪ̈ܬܐ ܕܛܘܒܢܐ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܥܒܕ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܡܘܫܐ ܕܡܬܟܢܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܐܦܣܩ̄ ܀ Auxilio divino freti scribere adgredimur expositionem epistolarum beati apostoli Pauli, a S. episcopo Mose, Bar-Cepha[a] cognomine, scriptam.

Epistolae ad Rom. capitula, fol. 1; expos. fol. 6; ad Cor. primae, fol. 28; alterius, fol. 41; ad Gal., fol. 46; ad Eph., fol. 52; ad Phil., fol. 55; ad Col., fol. 58; ad Thes. primae, fol. 60; alterius, fol. 63; ad Tim. primae, fol. 65;

[a] De celeberrima inter Jacobitas Mosis Bar-Cephae, Beth-Chino episcopi, expositione in Novi Testamenti libros, exeunte nono saeculo scripta, cujus etiam ipse in commentario suo de Paradiso, qui A. 1569 Latine, interprete Andrea Masio, prodiit, mentionem fecit, cf. Assem. B. O. ii. 128 sqq. Commentarium etiam in Vetus Testamentum eum scripsisse apparet ex Cod. Marsh. ci, fol. 34 vo., ubi Bar-Salibaeus inter alia laudat ܕܡܫܩܠܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܦܘܫܩܐ ܡܛܠ ܦܪ̈ܫܐ ܕܐܫܬܐܣܬܐ ܚܠܦ ܐܝܬ ܠܝܬ ܡܢܗܘܢ.

alterius, fol. 69; ad Titum, fol. 72; ad Phil., fol. 74; ad Heb., fol. 77.

Notandum quod in hac expositione minime totus epistolarum textus inest; primi enim epistolae secundae ad Corinthios capitis vix decem verba exposita sunt, et totum caput cum commentario suo sex lineis absolutum est. [MARSH. 86.]

134.

Codex chartaceus in quarto, ff. 169 constans, A. C. 1822 Gulielmo Mill, D. D. Collegii Episc. apud Calcuttenses principali, a Mar Dionysio Syrorum in agro Malabarico metropolita dono datus[a], nuper charactere Nestoriano exscriptus. Inest;

1. Commentarius in quatuor Evangelia. Neque titulus, nec nomen scriptoris exstat. Ad calc. fol. 137, Disputatio de diversis in S. Matthaei et S. Lucae evangeliis Dñi nostri genealogiis.

2. Carmen in metro dodecasyllabo de Samonae et septem filiorum ejus martyrio, fol. 142.

Hujus commentarii forte operae pretium sit specimen proponere. De Magorum igitur adoratione in ff. 8, 9, 10, tractans hoc modo pergit; ܘܡܫܬܐܠܐ ܕܡܢ ܐܝܟܐ ܩܒܠܘ ܡܓܘܫܐ. ܕܡܐ ܕܕܢܚ ܟܘܟܒܐ ܠܗܘܢ. ܡܠܟ ܡܠܟܐ ܐܬܝܠܕ. ܘܕܘܠ ܕܩܘܪܒܢܐ ܬܠܬܐ ܢܩܪܒܘܢ ܠܗ. ܐܢܫܝܢ ܐܡܪܝܢ ܕܡܢ ܕܢܝܐܝܠ. ܐܬܐ ܠܗ ܡܚܘܝܢܐ ܡܢ ܥܡܐ ܠܟܠ ܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܒܪܒܝܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܚܘܝܢ ܗܘܐ. ܠܡܩܪܒܘ ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܠܟܐ. ܘܠܡܐܠܦ ܟܠܕܝܘܬܐ. ܘܐܬܐܡܪ ܠܗܘܢ ܡܢ ܕܢܝܐܝܠ. ܕܡܐ ܠܗ ܕܡܬܝܠܕ ܡܫܝܚܐ. ܡܠܟܐ ܕܫܒܐ ܘܕܣܒܐ. ܩܘܪܒܢܐ ܢܪܡ ܕܢܩܪܒܘܢ ܠܗ. ܗܢܘܢ ܕܟܬܒܘ ܒܒܝܒܠܝܘܬܝܩܝ. ܗ. ܒܒܝܬ ܐܪܟܐ ܕܠܗܘܢ. ܘܒܗܘܦܘܡܢܡܛܐ. ܗ̄. ܒܥܗܕ ܕܘܟܪܢܐ.. ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ. ܐܝܟ ܥܙܪܐ ܕܡ: ܡܢ ܝܕܘܥܬ ܦܪ ܕܦܘܠܚܢܗܘܢ ܐܬܩܢܬ ܗܕܐ. ܐܘ ܒܪ ܐܬܚܙܝ ܡܢ ܫܠܝܐ ܐܠܗܝܐ. ܐܝܟ ܒܠܥܡ ܘܫܒܐ. ܐܘ ܡܛܠ ܕܡܢ ܒܒܠܐ ܡܫܪܝܐ ܗܘܐ ܘܢܘܟܪܝܐ ܕܒܬܪܐ. ܘܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ. ܕܗܘܘ ܠܗ ܒܢܘܗܝ ܒܪ ܢܘܚܐ [l. ܢܘܚܐ] ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܐܪܡܝܐ. ܘܒܟܠܗ ܗܘ ܕܠܐ ܐܬܬܗܝܒ ܠܗ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܐܝܟ ܙܟܘܬܗ. ܬܘܒ ܕܝܢ ܒܟܠܗ ܥܡܐ ܗܘ ܡܣܒܪܐ ܘܫܘܪܒܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܘܒܝܬ ܡܩܕܫܐ ܘܢܒܝܐ. ܐܬܬܚܒܠ ܘܢܦܩ ܠܒܝܬ ܫܒܝܐ. ܘܒܠܚ ܬܪܓܡܐ ܠܟܢܫ. ܘܒܗܘܢ ܐܬܐܬ ܗܘ ܬܘܕܝܬܐ ܕܡܠܟܐ. ܗ̄. ܬܘܒܗܘܢ ܗܘ ܕܡܬܬܦܬܐ ܐܢܫܘܬܐ. ܬܘܒ ܒܪ ܬܘܡ ܕܒܪ ܠܗ ܢܗܒ ܢܕܘܫܬ ܥܠ ܒܝܬܐ ܕܡܫܢܐ. ܐܬܪ ܕܢܬܬܡ ܗܘܐ ܒܝܬ ܦܫܝܩܘܬܐ ܠܬܠܬܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܬܘܒ ܦܘܡܗ ܘܐܡܪ ܠܬܠܬܝܗ̈ܘ. ܥܒܕܘ ܐܘ ܫܒܝܒܐ ܘܒܢܝܐ ܕܪܒܝܬ ܒܒܠܚܘܝ. ܒܢܘܡܝܬܐ ܒܪ ܐܚܪܝܐ. ܬܘܩܠܬܐ ܒܪܬ ܒܒܪܝܐ ܦܠܓܐ ܕܠܐ ܘܦܘܩ. ܡܠܟܐ ܕܢܚܪ ܒܗ ܡܢ ܒܝܬܐ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܘܒܬܪ ܚܠܠܐ ܬܗܡܢܬܐ ܘܐܬܬܐ. ܘܒܡܘܠܕܗ ܒܡܒܒܐ ܡܬܘܣܐ ܠܚܦ. ܘܠܐ ܦܪܚܘ ܠܗ ܕܒ̈ܢܝ ܬܠܬܐ. ܕܗܒܐ ܘܡܘܪܐ ܘܠܒܘܢܬܐ. ܒܕܘܡܘ ܡܠܝ ܡܠܟ̈ܝܢ ܘܕܝܪ. Quaeritur autem unde traditionem acceperint Magi, quod adparente stella natus sit Rex Regum, et quod oporteat dona tria ei obferre. Sunt qui dicant, eos ex Daniele accepisse. Venisse enim Magos ex Sheba ad regiam urbem Babel, regnante Nebuchadnezzar, ut regi munera obferrent, et artem Chaldaicam discerent: quo tempore dixisse eis Danielem, quod nato Christo, oporteat reges Shebae et Sabae munera ei obferre: eos autem in Bibliotheca, sive Ar-

---

[a] In primo folio manu ipsius Dionysii scriptum exstat; ܐܬܝܗܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢ ܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܣܘܪܝܝܐ ܝܥܩܘܒܝܐ ܕܒܡܠܒܪ ܠܘܝܠܝܡ ܡܠ ܩܫܝܫܐ ܡܠܦܢܐ ܕܟܠܟܬܐ... ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܒܝܘܡ ܝ̄ܕ ܐܝܪ ܒܐܪܒܥܐ...ܕܗܘܝܘ ܓܝܘܪܓܝܣ ܀ *Dono datus est hic liber* [*a*] *Mar Dionysio metropolita Syrorum Jacobitarum in agro Malabarico Gulielmo Mill, presbytero, doctori Calcuttensi, A.* 1822, *die* [*Januarii*] 14, *feria quarta; qui idem Georgius.* Nomen forte Georgii prius gessit Dionysius quam ad metropolitani dignitatem evectus est.

chivorum domo, et ἐν ὑπομνήμασι, sive Commentariorum Libro, haec scripsisse. Alii dicunt Bileamum traditionis esse auctorem. Ut verum autem dicam, a Zoroastro doctrinae eorum principe, orta est haec praedictio; sive divina potentia coacto, sicut Bileamus et Caiaphas (ita ut invitus prophetaret), sive quod Israelita fuerit et scripturarum haud ignarus. Utque dicunt, ipse fuit Baruch filius Neriae, discipulus Hieremiae, qui propterea quod donum prophetiae non illi ut voluerat concessum sit; propterque amaram illam captivitatem et desolationem Hierosolymorum, et templi, etc., offensus, ad ethnicos descivit. Didicit autem linguas duodecim, in quibus vomitum istum Satanae, scilicet librum eorum qui vocatur Obastho (Avesta) conscripsit. In eo enim legitur, quod Zoroaster apud fontem aquarum ubi lavacrum regibus prioribus fuerit, sedens, os suum aperiens discipulis suis in hunc modum verba fecit; Audite dilecti mei, filiique, quos in doctrina mea enutrivi: nam in diebus postremis virgo Hebraea sine coitu puerum parit, cui inest aliquid divinae naturae; qui etiam miracula admiranda, signaque faciet: Quo nato stella vobis apparebit, qua visa ite, afferte ei tria dona, aurum, myrrham, thus. Ille enim Rex Regum est, etc.

Postea in ff. 36, 37, de Messiae officiis sic locutus est; ...ܕܫܡܥܬ. ܗܘ ܕܠܡܠܦܘ ܕܪ̈ܓܠܐ ܒܕܬܘ̈ܢܐ ܕܫܡܫ ܡܢ ܬ̈ܠܡܝܕܐ. ܗܘ ܡܕܡܚܬ ܟܕ ܒܫܘܡܠܝܗ ܐܝܟ ܡܠܦܢܐ ܫܪܝܪܐ.. ܠܩܪܝܢܘܬܐ ܕܝܢ ܥܡܠܝ. ܗܘܝܘ ܡܢ ܟܠ ܠܫܡܫܐ. ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܟܬܒܐ ܘܩܪܐ. ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠܝ ܘܡܪܢܐ.. ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܝܢ ܐܡܬܝ، ܕܐܫܡܟܢ ܐܢܘܢ ܠܟܢܫܐ ܒܡܕܒܪܐ. ܘܐܡܬܝ، ܕܐܫܝܓ ܪ̈ܓܠܐ ܕܬܠܡܝ̈ܕܐ.. ܠܩܫܝܫܘܬܐ ܕܝܢ. ܐܡܬܝ، ܕܩܨܐ ܦܓܪܗ ܘܡܙܓ ܕܡܗ.. ܕܐܦܣܩܘܦܘܬܐ ܕܝܢ. ܐܡܬܝ، ܕܢܦܚ ܒܗܘܢ ܘܐܡܪ. ܕܣܒܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.. ܠܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܝܢ. ܡܢ ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ. ܘܐܪܝܡ ܐܝ̈ܕܘܗܝ، ܘܒܪܟ ܐܢܘܢ.. ܠܗܘܦܕܝܩܢܘܬܐ ܕܝܢ ܬܘܒ. ܡܢ ܟܕ ܦ̈ܪܓܠܐ ܘܕܟܝ ܠܗܝܟܠܐ. ܟܕ ܕܝܢ ܦ̈ܪܓܠܐ. ܠܘ ܠܡܡܚܝܘ ܒ̈ܢܝ ܐܢܫܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܠܒ̈ܥܝܪܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܐܠܐ ܠܡܡܚܐ ܨܠܡܗ ܗܘܐ...

...quinto, propterea quod omnes ordines ecclesiasticos, quos per apostolos sanxit, ipse primus in sua persona effinxit, ut doctorem verum decebat. Munus enim lectoris tunc implevit, quum ei in templum ingresso datus est liber, et legit, Spiritus Domini super me, etc. Munus autem diaconi, quum multitudines in deserto sedere fecit: et iterum, quum pedes discipulorum lavit. Munus presbyteri, quum corpus suum fregit, et sanguinem suum miscuit. Munus episcopi quum in eos inflavit, dixitque Accipite Spiritum Sanctum. Munus patriarchae, quum in caelos sublatus, manus suas elevavit, et iis benedixit. Munus denique subdiaconi in illo tempore, quum flagellis factis, templum mundavit. Fecit autem flagella minime ut homines, [qui sunt] imago Dei, caederet,—sic enim suam imaginem caedisset, —sed ut jumenta e templo abigeret.

[Bod. Or. 624.]

135.

Codex chartaceus in folio, ff. 416 constans, binis columnis charactere simplici, A. C. 1641, pulcherrime exaratus. Insunt;

Jacobi Batnarum Sarugi episcopi, cui apud Syros propter egregiam doctrinam cognomen ܡܠܦܢܐ, h. e. Doctor, homiliae in circulum anni metro dodecasyllabo; inter quas Isaaci una, Ephraimi Syri quinque et Georgii gentium episcopi[a] una, metro heptasyllabo scriptae.

Tit. ܥܠ ܫܠܐ ܕܐܡܪܐ ܘܕܒܪܐ ܘܕܪܘܚܐ

[a] Homilia Isaaci numerum gerit 28; Ephraimi 31, 32, 61, 100, 101; Georgii denique 38.

ܒܚܝܠܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ ܕܥܒܝܕ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܀ Ope Patris et Filii et Spiritus viventis sanctique, scribere adgredimur Librum Homiliarum in totum anni circulum a S. Mar Jacobo doctore, fol. 2.—Alias vocatur ܦܢܩܝܬܐ ܕܡܐܡܪ̈ܐ ܡܓܒܝ̈ܐ ܕܥܐܕ̈ܐ ܡܪܢܝ̈ܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܒܛܢܢ ܕܣܪܘܓ ܀ Πίναξ homiliarum selectarum festorum dominicorum et omnigenum Mar Jacobi doctoris et episcopi Batnarum Sarugi, fol. 28.

1. Index homiliarum Jacobi Sarugensis[b], fol. 1.
2. Homilia Jacobi Sarugensis de investigatione et consecratione ecclesiae, ܕܥܠ ܒܘܚܪܢܐ ܘܩܘܕܫ ܥܕܬܐ, fol. 2.
3. Ejusdem de Zachariae adnuntiatione, ܕܥܠ ܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ, fol. 6.
4. In illud *In principio erat Verbum*, fol. 8.
5. De Verbo unico, fol. 9.
6. De nomine Emmanuele, fol. 11.
7. De Christi incomprehensibilitate, et de natu ejus ex virgine, ܥܠ ܕܠܐ ܡܬܒܨܝܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܘܥܠ ܝܠܕܗ ܕܡܢ ܒܬܘܠܬܐ, fol. 13.
8. De Maria et Josepho, et de consanguinitate Mariae et Elizabethae, fol. 16.
9. De nativitate Dñi nostri, fol. 20.
10. De Dñi nativitate, et de stella quae Magis adparuit, et de caede infantium, ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܝܠܕܗ ܕܡܪܢ: ܘܥܠ ܟܘܟܒܐ ܕܐܬܚܙܝ ܠܡܓܘܫ̈ܐ ܘܥܠ ܩܛܠܐ ܕܛܠܝ̈ܐ, fol. 28.
11. De laudibus Deiparae, semperque virginis beatae Mariae, ܕܥܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܘܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܙܒܢ ܛܘܒܢܝܬܐ ܡܪܝܡ, fol. 39.
12. De Deipara Maria, adversusque eos qui blasphemando adfirmant eam post partum nequaquam in virginitate sua mansisse, ܕܥܠ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܘܠܘܩܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܓܕܦܝܢ ܘܐܡܪܝܢ: ܕܠܐ ܦܝܫܬ ܒܬܘܠܘܬܗ ܒܬܪ ܕܝܠܕܬ, fol. 42.
13. De Stephano archidiacono et protomartyre, ܕܥܠ ܐܣܛܦܢܘܣ ܪܝܫ ܡܫܡܫܢ̈ܐ ܘܩܕܡܝܐ ܕܣܗ̈ܕܐ, fol. 46.
14. De apostolorum paupertate, ܥܠ ܡܣܟܢܘܬܐ ܕܫܠܝܚ̈ܐ, fol. 49.
15. De Joanne evangelista, discipulo quem Jesus dilexit, ܕܥܠ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܬܠܡܝܕܐ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗ ܝܫܘܥ, fol. 51.
16. De Paulo apostolo, fol. 53. Item altera, fol. 57.
17. De Dño a Joanne baptizato, ܥܠ ܡܥܡܘܕܝܬܗ ܕܡܪܢ ܡܢ ܝܘܚܢܢ, fol. 60.
18. De laudibus Joannis baptistae, fol. 64.
19. De baptismo, ܥܠ ܡܥܡܘܕܝܬܐ, fol. 67.
20. De torrente, quem Ezechiel propheta vidit, ܕܥܠ ܢܚܠܐ ܕܚܙܐ ܚܙܩܝܐܝܠ ܢܒܝܐ, fol. 70.
21. De vestibus sordidis, et de viro qui nuptias filio suo fecit, ܥܠ ܡܐܢ̈ܐ ܨܐ̈ܝܐ ܘܥܠ ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܥܒܕ ܡܫܬܘܬܐ ܠܒܪܗ, fol. 73.
22. De poenitentia, ܥܠ ܬܝܒܘܬܐ, fol. 75. Item altera, fol. 78.
23. De illo quod dixit Dñs noster, *Quam dabit homo commutationem pro anima sua?* ܥܠ ܗܿܝ ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܕܡܢܐ ܢܬܠ ܒܪܢܫܐ ܚܠܠܬܐ ܕܢܦܫܗ, fol. 80.
24. De Dñi nativitate, et de Simeone sene, ܥܠ ܝܠܕܗ ܕܡܪܢ ܘܥܠ ܫܡܥܘܢ ܣܒܐ, fol. 82.
25. De jejunio quadragesimali, ܥܠ ܨܘܡܐ ܕܐܪܒܥܝܢ, fol. 85. Item, fol. 88. Item, fol. 91.
26. De quadraginta martyribus, ܥܠ ܐܪܒܥܝܢ ܣܗ̈ܕܐ, fol. 93.
27. De Dñi lucta cum Satana, ܥܠ ܐܬܟܬܫܘܬܗ ܕܡܪܢ ܥܡ ܣܛܢܐ, fol. 95.

[b] De Jacobo, qui A. C. 519 Batnarum Sarugi episcopus creatus est, cf. Assem. B. O. ii. 283 sqq.

28. Homilia Mar Isaaci metro heptasyllabo de laudibus monachorum, sive vigilia fratrum, ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܕܬܫܒܘܚܬܗܘܢ ܕܝܚܝܕܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܫܗܪܐ ܕܐܚܐ, fol. 99.

29. Homilia metro dodecasyllabo de decem virginibus, ܬܘܒ ܕܥܠ ܥܣܪ ܒܬܘܠܬܐ, fol. 102.

30. Ejusdem [c] de creatione Adam et de resurrectione mortuorum, ܬܘܒ ܕܡܠܗ ܕܥܠ ܓܒܝܠܬܗ ܕܐܕܡ ܘܥܠ ܩܝܡܬ ܡܝܬܐ, fol. 106.

31. Homilia Ephraimi Syri metro heptasyllabo de resipiscentia, ܬܘܒ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܬܝܒܘܬ ܢܦܫܐ, fol. 109.

32. Ejusdem metro eodem de humilitate, ܕܥܠ ܡܟܝܟܘܬܐ, fol. 111.

33. Jacobi Sarugensis homilia magna de fide, ܬܘܒ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܪܒܐ ܕܥܠ ܗܝܡܢܘܬܐ, fol. 113.

34. De operariis quos dñs vineae conduxit, ܕܥܠ ܦܥܠܐ ܕܐܓܪ ܡܪܢ ܠܟܪܡܐ, fol. 120.

35. De haemorrhousa, ܕܥܠ ܗܝ ܡܕܡܝܬܐ, fol. 124.

36. De Davide rege et Uria, ܥܠ ܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܐܘܪܝܐ, fol. 128.

37. De monachis, ܬܘܒ ܕܡܠܗ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܥܠ ܝܚܝܕܝܐ, fol. 131. Item altera, fol. 134.

38. Homilia Mar Georgii [d] metro heptasyllabo de monachis, ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܓܘܪܓܝ ܕܥܠ ܝܚܝܕܝܐ, fol. 140.

39. Jacobi homilia de viduae filio, quem Dñs ad vitam revocavit, ܕܥܠ ܒܪܗ ܕܐܪܡܠܬܐ ܗܘ ܕܐܚܝܗ ܡܪܢ, fol. 141.

40. De tribus defunctis, quos suscitavit Dñs, ܕܥܠ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܡܝܬܐ ܕܐܚܝ ܡܪܢ, fol. 144.

41. De Samaritana, ܕܥܠ ܗܝ ܫܡܪܝܬܐ [l. ܫܡܪܝܢܝܬܐ], fol. 146.

42. De Chananaea, ܕܥܠ ܟܢܢܝܬܐ, fol. 150.

43. De leproso, ܕܥܠ ܗܘ ܓܒܪܐ ܓܪܒܐ, fol. 153.

44. De Timaeo caeco, ܕܥܠ ܛܝܡܝ ܣܡܝܐ, fol. 156.

45. De latrone ad dexteram, ܕܥܠ ܓܝܣܐ ܕܡܢ ܝܡܝܢܐ, fol. 159.

46. De centurione, cujus puerum in urbe Capharnaum sanavit Dñs; apta autem est dominicae secundae jejunii, ܕܥܠ ܗܘ ܩܢܛܪܘܢܐ ܕܐܣܝ ܡܪܢ ܠܛܠܝܗ ܒܟܦܪܢܚܘܡ. ܘܫܘܝܐ ܠܚܕ ܒܫܒܐ ܬܪܝܢ ܕܨܘܡܐ, fol. 161.

47. De filia Jairi archisynagogi, fol. 164.

48. De Lazaro, qui e mortuis surrexit, ܕܥܠ ܠܥܙܪ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ, fol. 166.

49. De homine in quo inerat legio daemonum, quos ejecit Dñs, et in porcos intrantes se in mare dejecerunt, et suffocati sunt, ܕܥܠ ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܠܓܝܘܢ ܕܫܐܕܐ ܕܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܪܢ ܘܥܠܘ ܒܚܙܝܪܐ ܘܢܦܠܘ ܒܝܡܐ ܘܐܬܚܢܩܘ, fol. 168.

50. De quinque placentis et duobus piscibus, ܕܥܠ ܚܡܫ ܓܪܝܨܢ ܘܬܪܝܢ ܢܘܢܝܢ, fol. 171.

51. De illo qui ex Hierosolymis ad Hierichuntem descendebat, ܥܠ ܗܘ ܕܢܚܬ ܗܘܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܠܐܝܪܝܚܘ, fol. 176.

52. De divite et Lazaro, ܕܥܠ ܥܬܝܪܐ ܘܠܥܙܪ, fol. 179.

53. De vidua cujus erant duo quadrantes, ܕܥܠ ܐܪܡܠܬܐ ܕܬܪܝܢ ܫܡܘܢܝܢ, fol. 187.

54. De oratione, quam discipulos suos docuit Dñs, ܥܠ ܨܠܘܬܐ ܕܐܠܦ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ, fol. 190.

55. De Pharisaeo et Publicano, qui in templum ad orandum simul adscenderunt,

[c] Quod homiliae 29, 30, Jacobi Sarugensis sunt patet et ex metro, et ex Assem. Cod. Vat. Cat. iii. 85, N°. 16, 93, N°. 60, ubi ambae diserte S. Jacobo tributae sunt.

[d] Georgius, ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܡܡܐ, episcopus gentium Arabicarum A. C. 687 creatus, Jacobi Edesseno aequalis fuit. De ejus operibus cf. Assem. B. O. ii. 494.

ܥܠ ܦܪܝܫܐ ܘܡܣܟܢܐ ܕܫܠܡܘ ܗܘܘ ܠܫܘܠܡܐ ܕܢܫܠܘܢ ܢܘܟܪܝܬܐ, fol. 195.

56. De illo adolescente, qui Dñm rogabat, *Quid faciam, ut regnum caeleste possideam*, ܥܠ ܗܘ ܥܠܝܡܐ ܕܫܐܠ ܠܡܪܢ· ܡܢܐ ܐܥܒܕ ܕܐܐܪܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ, fol. 198.

57. De Samsone, ܕܥܠ ܫܡܫܘܢ, fol. 200.

58. De rerum creatarum structura, ܕܥܠ ܬܘܩܢܐ ܕܒܪܝܬܐ, fol. 203.

59. De Antiochia, quomodo per Petri et Joannis, et Pauli praedicationem fidem edocta est, ܕܥܠ ܬܠܡܝܕܘܬܗ ܕܐܢܛܝܘܟܝ ܕܡܢ ܫܡܥܘܢ ܘܝܘܚܢܢ ܘܦܘܠܘܣ, fol. 223.

60. De dominica Hosannarum, ܕܥܠ ܚܕܒܫܒܐ ܕܐܘܫܥ̈ܢܐ, fol. 228. Item altera, fol. 231.

61. Homilia S. Ephraimi metro suo de sancto festo Hosannarum, ܬܘܒ ܕܡܪܝ، ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܥܐܕܐ ܪܒܐ ܕܐܘܫܥ̈ܢܐ, fol. 233.

62. Jacobi homilia de passione salutari, ܕܥܠ ܚܫܐ ܦܪܘܩܝܐ: ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ, fol. 236.

63. De Petri denegatione, ܬܘܒ ܕܥܠ ܟܦܪܢܗ ܕܫܡܥܘܢ, fol. 259.

64. De Cherub et latrone, ܕܥܠ ܟܪܘܒܐ ܘܠܓܝܣܐ, fol. 263.

65. Homilia dominicae magnae resurrectionis, ܡܐܡܪܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܪܒܐ ܕܩܝܡܬܐ, fol. 267.

66. De confessoribus et martyribus, ܕܥܠ ܡܘܕ̈ܝܢܐ ܘܣܗ̈ܕܐ, fol. 269.

67. De dominica nova et Thoma apostolo, ܥܠ ܚܕܒܫܒܐ ܚܕܬܐ ܘܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ, fol. 271.

68. De adscensione Dñi ad caelos, ܕܥܠ ܣܘܠܩܗ ܕܡܪܢ ܠܫܡܝܐ, fol. 274.

69. De linguarum divisione et dono (Spiritus) ad apostolos, ܕܥܠ ܦܘܠܓ ܠܫܢ̈ܐ ܘܥܠ ܡܘܗܒܬܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ, fol. 277.

70. De sepultura Deiparae Mariae, ܕܥܠ ܩܒܘܪܬܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ, fol. 280.

71. De decollatione Joannis baptistae, ܕܥܠ ܦܣܩ ܪܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܗܘ ܡܥܡܕܢܐ, fol. 282.

72. De curru, quem vidit Ezechiel, ܕܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܕܚܙܐ ܚܙܩܝܐܝܠ, fol. 286.

73. De conventu episcoporum, apta ecclesiae consecrationi, et quum templum restauretur, ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܟܢܘܫܝܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܦܫܝܩ ܠܩܘܪܫ [l. ܠܩܘܕܫ] ܕܒܝܬܐ ܘܡܐ ܕܡܬܚܕܬ ܗܝܟܠܐ, fol. 296.

74. De synodo patrum 318, qui Nicaeam diebus regis victricis Constantini convenerunt, ܥܠ ܟܢܘܫܝܐ ܕܬܠܬܡܐܐ ܘܝ̄ܚ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܬܟܢܫܘ ܒܢܝܩܝܐ ܒܝܘܡܝ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܢܨܝܚܐ, fol. 298.

75. De manuum Mosis in bello adversus Amalek extensione, quae crucis mysterium est; unde apta est homilia, quae magno festo crucis victricis venerandae recitetur, ܥܠ ܦܫܛܐ ܐܝܕܘܗܝ ܕܡܘܫܐ ܒܩܪܒܐ ܕܥܡܠܝܩ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܪܙܐ ܕܨܠܝܒܐ: ܠܗܢ ܕܝܢ ܕܫܘܝܐ ܒܥܐܕܐ ܪܒܐ ܕܨܠܝܒܐ ܢܨܝܚܐ ܘܡܝܩܪܐ, fol. 302.

76. De mysteriis et typis, aliisque rebus quae Christum praefigurabant, ܕܥܠ ܐܪ̈ܙܐ ܘܛܘ̈ܦܣܐ ܘܦܘܪ̈ܣܐ ܕܡܫܝܚܐ, fol. 305.

77. De praeceptorum observatione, ܕܥܠ ܢܛܘܪܘܬ ܦܘܩ̈ܕܢܐ, fol. 307.

78. Homilia quae causam docet, quare Dñs triginta in terra egerit annos, antequam miracula in mundo edere coeperit, ܡܐܡܪܐ ܕܡܚܘܝܐ ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܗܘ، ܡܪܢ ܒܐܪܥܐ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܒܥܠܡܐ, fol. 310.

79. De defunctorum consolatione, ܥܠ ܒܘܝܐܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ, fol. 312.

80. De Thoma apostolo, ܕܥܠ ܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ, fol. 315.

81. De Mar Sergio martyre illustri et probato ex urbe Resafa, h. e. Sergiopoli, ܕܥܠ ܡܪܝ، ܣܪܓܝܣ ܣܗܕܐ ܢܨܝܚܐ ܘܡܫܒܚܐ ܕܪܨܦܐ, fol. 321.

82. De Mar Sarbelo martyre, ܕܥܠ ܡܪܝ, ܣܪܒܝܠ ܣܗܕܐ, fol. 324.

83. De amore justorum ad Deum, apta quae in vigilia fratrum recitetur, ܥܠ ܚܘܒܐ ܕܟܐܢܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܠܡܐܡܪ ܕܐܬܐܡܪ ܒܫܗܪܐ ܕܐܚܐ, fol. 327.

84. De S. sene Juliano, ܥܠ ܩܕܝܫܐ ܣܒܐ ܝܘܠܝܢܐ, fol. 331.

85. De S. martyre Georgio, ܕܥܠ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ, ܓܝܘܪܓܝܣ ܣܗܕܐ, fol. 335.

86. De casu idolorum et de praedicatione apostolorum, ܥܠ ܡܦܘܠܬܐ ܕܦܬܟܪ̈ܐ ܘܥܠ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ, fol. 339.

87. De Roma per Petrum apostolum fidem edocta, ܕܥܠ ܬܠܡܝܕܘܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ ܕܡܢ ܦܛܪܘܣ ܫܠܝܚܐ, fol. 344.

88. De inventione crucis viventis et salutaris, necnon de Constantino rege victrice, ܕܥܠ ܫܟܚܬܐ ܕܨܠܝܒܐ ܚܝܐ ܘܦܪܘܩܝܐ ܘܥܠ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܣ ܡܠܟܐ ܙܟܝܐ, fol. 355.

89. De Daniele, et Anania sociisque ejus, ܕܥܠ ܕܢܝܐܝܠ ܘܥܠ ܕܒܝܬ ܚܢܢܝܐ, fol. 359.

90. De mortuo ad vitam suscitato per ossa Elisaei, ܥܠ ܐܠܝܫܥ ܕܐ ܚܝܐ ܡܝܬܐ ܥܠ ܓܪ̈ܡܘܗܝ, fol. 366.

91. De descensu Altissimi super montem Sinai, ܥܠ ܡܚܬܬܗ ܕܡܪܝܐ ܥܠ ܛܘܪ ܣܝܢܝ, fol. 369.

92. De duobus passeribus, quorum alter juxta legem super fontem necandus erat, alter a sacerdote vivus dimittendus, ܥܠ ܗܢܝܢ ܬܪ̈ܬܝܢ ܨܦܪ̈ܝܢ ܕܦܩܝܕ ܒܢܡܘܣܐ ܕܚܕܐ ܬܬܢܟܣ ܥܠ ܡܥܝܢܐ ܕܡ̈ܝܐ: ܘܚܕܐ ܢܦܪܚܝܗ̇ ܟܗܢܐ ܟܕ ܚܝܐ, fol. 372.

93. De duobus hircis, quorum alter juxta legem ad tabernaculi januam mactandus erat, alter a sacerdote in desertum Azazaeli mittendus, ܥܠ ܗܠܝܢ ܬܪ̈ܝܢ ܨܦܝܪ̈ܐ ܕܦܩܝܕ ܗܘܐ ܒܢܡܘܣܐ ܕܚܕ ܢܬܢܟܣ ܒܬܪܥܐ ܕܡܫܟܢܙܒܢܐ ܘܚܕ ܢܫܕܪ ܟܗܢܐ ܠܡܕܒܪܐ ܠܥܙܐܝܠ, fol. 375.

94. De vacca rubra, quae ex legis praescripto pro synagogae peccatis comburenda fuit, necnon de Dñi crucifixione, ܥܠ ܬܘܪܬܐ ܣܘܡܩܬܐ ܕܦܩܝܕ ܒܢܡܘܣܐ ܕܬܐܩܕ, ܚܠܦ ܚܛ̈ܗܝܗ̇ ܕܟܢܘܫܬܐ ܘܥܠ ܙܩܝܦܘܬܗ ܕܡܪܢ, fol. 379.

95. De muliere, cui septem fuerant mariti, ܥܠ ܐܢܬܬܐ ܕܫܒܥܐ ܒܥ̈ܠܝܗ̇, fol. 382.

96. De Dñi dicto ad Simeonem Petrum, *Quem dicunt homines me esse*, ܥܠ ܗܝ, ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ: ܕܡܢܘ ܐܡܪܝܢ ܥܠܝ ܐܢܫܐ ܕܐܝܬܝ, fol. 385.

97. Item in illud ad eundem, *Abi retrorsum a me Satana*, ܥܠ ܗܝ, ܕܐܡܪ ܡܪܢ ܠܫܡܥܘܢ ܕܙܠ ܠܒܣܬܪܟ, ܣܛܢܐ, fol. 389.

98. De amore divino, et de perfecta reconciliatione, ܕܥܠ ܚܘܒܐ ܐܠܗܝܐ ܘܥܠ ܬܪܥܘܬܐ ܓܡܝܪܬܐ, fol. 391.

99. De Josepho justo, ܕܥܠ ܝܘܣܦ ܟܐܢܐ, fol. 395. Item altera, fol. 402.

100. Homilia Ephraimi Syri in metro suo, in illud quod dicit Esaias, *Auferetur scelestus ne videat gloriam Dei*, ܕܡܠܬܗ ܕܡܪܝ, ܐܦܪܝܡ ܥܠܗ̇, ܕܐܡܪ ܐܫܥܝܐ ܕܢܬܬܦܠܛ ܪܫܝܥܐ ܕܠܐ ܢܚܙܐ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ, fol. 410.

101. Homilia Ephraimi de fine et consummatione rerum; item de Gog et Magog; et de Antechristo, ܬܘܒ ܟܕ ܐܠܗܐ ܡܪܐ ܥܠ ܡܥܢܝܢ ܠܡܚܬܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ, ܐܦܪܝܡ ܕܥܠ ܚܪܬܐ ܘܥܠ ܫܘܠܡܐ ܘܥܠ ܓܘܓ ܘܡܓܘܓ ܘܥܠ ܡܫܝܚܐ ܕܓܠܐ, fol. 414.

In margine, fol. 416;

ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ ܥܠ ܕܟܬܒ. ܗܘ̣, ܗܠܝܢ ܟܬܒܬ
ܐܝܟ ܕܡܫܟܚܐ ܀ Qui legit oret pro scriba.

Haec facta sunt A. Gr. 1952, C. 1641.

[Poc. 404.]

136.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. 140 constans, saeculi forte decimi quinti, charactere simplici exaratus. Insunt;

Homiliae Jacobi Sarugensis, Ananiae Xenajae, Ephraimi, Isaac Ninevitae, et Gregorii Bar-Hebraei.

1. Oratio Mar Jacobi doctoris, quam adhuc puer de se ipso dixit, metro dodecasyllabo, ܬܘܒ ܨܠܘܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܕܐܡܪܗ̇ ܥܠ ܢܦܫܗ ܟܕ ܗܘ̣ ܥܕܟܝܠ ܛܠܝܐ ܗܘܐ, fol. 1.

2. Homilia ejusdem de virginitate et scortatione et justorum conjugio, eodem metro, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܥܠ ܒܬܘܠܘܬܐ ܘܙܢܝܘܬܐ ܘܙܘܘܓܐ ܕܟܐ̈ܢܐ, fol. 3.

3. Homilia ab Anania Xenaja[a] scripta de se ipso in metro Mar Jacobi, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕ ܠܚܢܢܝܐ ܐܟܣܢܝܐ ܥܠ ܢܦܫܗ ܒܡܫܚܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ, fol. 18.

4. Homilia Mar Jacobi Sarugensis de peregrini miseriis; necnon de peregrinorum sepultura, eodem metro, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܣܟܢܐ ܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܕܥܠ ܐܟܣܢܝܐ ܘܥܠ ܦܘܪ̈ܢܣܘܗܝ: ܘܥܠ ܐܟܣ̈ܢܝܐ ܘܡܩܒܪܢܘܬܗܘܢ, fol. 22.

5. Homilia ejusdem de anima et corpore, eodem metro, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܕܥܠ ܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ, fol. 37.

6. Homilia ejusdem de obitu S. Deiparae Mariae, eodem metro, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܫܘܢܝܗ̇ ܕܡܒܪܟܬܐ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ, fol. 51.

7. Deest fol. 65. Inerat initium homiliae S. Ephraimi Syri, secundum literas alphabeti dispositae, metro heptasyllabo.

8. Homilia ejusdem, cui insunt admonitiones et praecepta in usum Christianorum, quae quicunque observat ex inferis servabitur, metro heptasyllabo, ܬܘܒ ܚܡܫܝܢ ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ، ܐܦܪܝܡ ܕܙܘܗܪ̈ܐ ܘܦܘܩ̈ܕܢܐ ܠܟܪ̈ܣܛܝܢܐ: ܗܘ ܕܢܛܪ ܠܗܘܢ ܢܬܦܨܐ ܡܢ ܓܗܢܐ, fol. 73. Fol. 75 deest.

4. Poema Sergii Hhahoyo monachi orientalis in metro dodecasyllabo, ܬܘܒ ܕܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܚܗܝܐ ܕܡܕܢܚܐ ܪܗܝܒܐ ܕܡܫܠܡܐ ܕܬܪܥܣܪ ܩܠܐ ܒܟܬܒܐ, ibid. Omnes versus ܢܐ in fine habent, ultimusque tempus quo scriptum est narrat, sc. ܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܬܡܢܐ ܘܚܕܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܝܘܢܝܐ Anno Alexandri Graeci 1801, C. 1490.

5. Homilia a beate quiescente Davide Phoenicio in metro Mar Jacobi scripta in alphabeti literas xxii, ex ܐ usque ad ܬ, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܥܠ ܟܒ̈ ܐܬܘܬܐ ܡܢ ܐܠܦ ܥܕܡܐ ܠܬܘ: ܕܐܡܝܪ ܠܛܘܒܢܐ ܕܘܝܕ ܦܘܢܝܩܝܐ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܡܪܝ ܝܥܩܘܒ, fol. 40.

Ad calc.

ܠܡܪܝܐ ܫܘܒܚܐ ܘܠܟܘܢ ܚܘܒܐ ܘܠܝ ܪܚܡܐ.
ܘܠܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܡܠܦܢܐ ܢܗܘܐ ܕܘܟܪܢܐ ܛܒܐ..

Dño sit gloria, vobis amor, mihi misericordia: et Mar Jacobo doctori sit grata commemoratio.

6. Alia homilia de litera Thau, cui inest demonstratio de moribus: et in omni litera ܐ[c], in metro dodecasyllabo, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܐܚܪܢܐ ܥܠ ܐܬܘܬܐ ܬܘ ܥܠ ܚܘܘܝܐ ܕܥܝܕ̈ܐ ܘܒܟܠ ܐܬܘܬܐ: ܐܠܦ ܐܝܟ ܒܡܫܘܚܬܐ ܬܪܥܣܪܝܬܐ, fol. 42.

Ad calcem aenigna, sc.

..ܚܙܝ ܐܘ ܡܠܝܐ ܕܚܟܡܬܐ..
ܐܢܬ ܕܐܝܬܝܟ ܠܒ̈ ܘܣܓܕܝܢ ܠܟ.
ܚܘܢܝܢ ܒܝܘܡ ܣܗ̈ ܒܫܝܕ.
ܕܪܝܫܗ ܡ ܘܢܩܦܝܢ ܝ ܘܬ.
...
ܘܐܠܦ ܘܓ ܘܐܦ ܐ ܘܠ.
ܐܠܗܐ ܢܚܘܢ ܠܗ ܠܥܠܡܝܢ.

Animum adverte tu qui ingeniosus sis;
O tu qui es xxxvii, teque adorant xcii,
Propitius sis in die lxv, in cccxiv,
Cujus prima litera est xl, tunc sequuntur x, et cc,
X, et iii, etiamque i et l. Deus ei propitius sit in saecula.

---

[b] ܬܫܪܩ literas alphabeti in ordine inverso significat.

[c] Haec verba forte velint, quod omnes versus in alphabetico ordine dispositi sunt, et ܐ vel potius ܬܐ in fine habent.

Quod sic intelligo,

O Tu qui es Deus [ܐܠܗܐ = xxxvii] et quem angeli [ܡܠܐܟ̈ܐ = xcii] adorant,

Propitius sis in die judicii [ܕܝܢܐ = lxv] in Mir Igan [ܡܝܪ ܐܝܓܢ = cccxiv]

Cujus prima litera est M, tunc sequuntur I et R,

I, et G, etiamque A, et N. Deus ei propitius sit in saecula.

3. Excerpta ex patribus, sc. Dionysio Bar-Salibaeo, Joanne Chrysostomo, Jacobo Sarugensi, Jacobo Edesseno, Jacobo Melitenensi, ܡܠܦܢܘܬܐ, ff. 47, 48.

Haec duo folia ex alio opere desumpta sunt, neque ad hunc librum pertinent.

4. Alia Ebed-Jesu metropolitae Sobensis carmina, fol. 49.

30. Altercatio inter corpus et animam, in metro heptasyllabo: omnes versus ܐ in fine habent, cui antecedunt literae secundum ordinem alphabeti, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܬܟܬܘܫܬܐ ܕܥܡ ܦܓܪܐ ܘܢܦܫܐ اعني جدال الذي يصير بين الجسد للنفس ܥܒܕ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ[d], fol. 49.

31. Aenigmata ecclesiastica, quae eadem manent si inverso literarum ordine legas. Quum rationem versuum attente perspicias, fieri posse quod salvo sensu inverso ordine legantur, videbis. In metro dodecasyllabo, ܬܘܒ ܐܘܚܕܢܐ ܕܒܬܘܬܐ ܡܫܬܚܠܦܢ [l. ܕܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢ] ܒܗܦܟܐ.. اذا تاملت بهم اقراهم تري انهم يقروا بالقلب, fol. 51.

Ad calc. اذا اردت ايها القاري، الدخول في الميمر اقري الكلمة وارجع، اقراها علي المقلوب، فتري فيه العجب، وكل كلمة تدل شرحها علي نوع، وناقد بينا البعض شرحهم، علي قدر قوت الذي الهمنا الرب سبحانه وتعالي. وكان الفراغ في سنة اصند يونانيه، اعني سنة الف وتسعمايه واربع وخمسين، من سنين اسكندر الملك، وكان هذا، علي يد الفقير الحقير، قسيس مير يجان، من المنصوريه من اعمال ماردين المحروسه، كتبه لاجل فتح الله ابن سلطان، حتي يتعلم به، ويستفاد منه ويترحم علي ضعفي انا الذليل في القسان، الله يجعله مبارك، ويري فيه كل خير الي اخير الدهور، بصلاة الطاهره مرت مريم وساير الشهد مع القديسين امين.، وكانت كتابته في منزل عمي خوجا نوري ولله المجد دايم امين امين. ابونا. Si, lector, velis has homilias intelligere, singulos versus lege, et postea inverso ordine relege, quo facto quam mirae sint perspicies, singulorumque versuum interpretatio, cujuscunque generis sit, tibi patefiet; cujus interpretationis sensum secundum vires quas Dñs, cui sit summa gloria, nobis dedit exquirere oportet. Ad finem perductus est liber A. G. 1954, C. 1643, manu presbyteri pauperis vilisque Mir Igan e Mansuria in provincia urbis munitae Mardin. Scripsit autem pro Fatachallah, fil. Soltanis, ut in eo disceret et proficeret, et misericordiam in mei miserrimi presbyterorum infirmitatem ostenderet. Benedicat eum Deus, et ut omnia bona in novissimum tempus videat, concedat, per preces castae dñae Mariae, et omnium martyrum sanctorumque, Amen. Scripsi in domo patrui mei Khowajah Nuri; et Deo laus sempiterna, Amen, Immo Pater noster.

5. Hymnus S. Ephraimi alphabeticus de sapientiae amore, binis columnis, quarum altera textum Syriacum, altera versionem Arabicam Carshunice exhibet, ܡܐܡܪܐ ܕܡܕܡܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ [l. ܡܠܦܢܐ]. ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ ܘܩܘܡ, fol. 52. Init. ܐܠܗܐ ܗܘ ܡܠܦܢܐ.

Ad calc. ܐܫܠܡܐ ܕܫܪܐ ܟܠܝܠܐ
ܕܡܝܬܪܐ ܐܠܗܐ ܠܡܫܐܠܐ.
ܗܘ ܫܪܐ ܒܬܘܒܐ
ܒܦܘܪܫܐ ܐܚܪܢܐ ܕܟܬܒ.

[d] Quod Hom. 29, 30, revera ab Ebed-Jesu scriptae sint, v. B. O. iii. i. 329, Carm. xii, *De Humanis Affectibus*, et Carm. iii.

ܡܬܠ ܕܦܪܚ ܐܠܢܘܬܝ ܒܒܠܘܡ.
ܕܬܩܪܘܢ ܘܬܠܥܒܘ ܕܡܪܢ.
ܨܠܘ ܒܚܘܒܗ ܕܐܠܗܢ.
ܥܠ ܡܣܟܝܢܐ ܡܝܪ ܝܓܢ ܀

Ut gaudet navita quum navis ejus ad portum adpellat, sic scriba in ultima scribenda linea. Quum in nostro libro legatis, ut doctrinam Dñi nostri addiscatis, orate per Dei amorem pro infirmo Mir Igan.

6. Historia pueri, quem pater materque ejus sacrificare voluerint, et rerum admirandarum quae ei acciderint, et quomodo salvus evasit per Dñi gratiam, Amen, Carshunice, كبر الصبي الذي ارادوا ابوه وامه ان يدبحوه وما جري له من العجايب وكيف خلص بسلام من الرب امين, fol. 57.

7. Ff. 63—72, ex Libro Officiorum desumpta sunt, neque hic pertinent. Insunt; α. Carmen cui nomen ܣܕܪܐ; β. Versio Arabica homiliae S. Cyrilli Alexandrini de decem virginibus, ميمر من قول القديس قوريللوس بطرك الاسكندريه قاله علي العشرة عذاري; γ. Ordo pedilavii, quod die quinto mysteriorum celebratur, ܛܟܣܐ ܕܚܡܫܐ ܫܚܝܡܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܡܫܬܡܠܝܐ.

8. Catechismus, Arabice, مسايل وجوابها, fol. 73. Exemplo sint quaestiones et responsa quibus incipit; Quis primus mortuus est? Abel, quem frater ejus Cain occidit. Quis primus propheta fuit, et rex sacerdotum? Pater noster Adam, ut testificantur divinae scripturae. Quis primus sacerdos? Primus Adam, secundus Melchisedek, tertius Aharon. Et postea, Quid mantele nunquam textum, et aqua neque a fonte nec ab imbre orta? Illa aqua peccatricis lacrymae, quae pedes Dñi lavit, et mantele crines ejus, quibus pedes abstersit. Etc.

9. Officia, homiliae, historiae, Carshunice, fol. 74.

1. Propitiatorium S. Mar Stephani, in mat., ܬܘܒ ܚܘܣܝܐ ܕܩܕ̄ ܡܪܝ ܐܣܛܦܢܘܣ ܕܒܝܦܪܐ, ibid.

2. Propitiatorium de curru quem vidit Ezechiel, ܬܘܒ ܚܘܣܝܐ ܥܠ ܡܪܟܒܬܐ ܕܚܙܐ ܚܙܩܝܐܝܠ, fol. 76.

3. Homilia quam pronuntiavit Elisaeus propheta divinus super sanctum quemdam mortuum, ميمار من قول اليشع نبي الله قاله علي احد القداس, fol. 80.

4. Homilia Chrysostomi, ميمر من قول ايوانيس فم الذهب, fol. 85.

5. Historia regis filiae sanctae et beatae Eugeniae, قصة القديسة المباركة اوجانية ابنت الملك, fol. 92.

6. Fabula, cui nomen Pulvinar Sapientum, de laqueo et aucupe et passere, مارتبة الحكما علي الفخ والصياد مع العصفور, fol. 98.

7. Historia trium sociorum, et utilitatis, quae ex unoquoque eorum provenit, قصة الثلاث اصحاب ونفع الذي يصير من واحد واحد منهم بسلام من الرب امين, fol. 102.

8. Propitiatorium pro tempore violentiae, vel aquae defectus, vel alius quaecunque sit calamitatis, ايضا نكتب حساي لاجل زمان الغضب وقلة المطر وكل ضيقا. نقله الفقير قس مير يحجان, fol. 105.

9. Homilia in metro Mar Ephraimi alphabetica in symposio quum vinum bibant recitanda, Syriace, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܒܫܬܘܬܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ. ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ, ܕܢܬܐܡܪ ܫܡܝܪܐ ܒܡܫܬܘܬܐ, fol. 111. In fol. 112 vo. manu recentiori Arabice Catalogus festorum majorum per anni circulum.

10. Signaculum, sive Oratio quae officia claudit, ad portam sepulchri post corpus elatum recitanda. Scripsit presbyter Mir Igan Almujid e Mansuria, ايضا حتام يقال علي باب القبر من بعد الدفن: قاله قس مير يحجان المويد من المنصوريه, fol. 113.

11. Historia sanctae castaeque martyris bea-

tae Tatas, quae in magna urbe Roma martyrium passa est, قصة القديسة الطاهرة الشهيدة السعيدة مرت طاطاس التي استشهدت في مدينة رومية الكبرة, fol. 116.

12. Epistola quae de coelo delapsa est in diebus magni Athanasii Romae patriarchae, de diei primi hebdomadis observantia, رسالة التي نزلت في ايام الاب المعظم اثاناسيوس بطريرك رومية وهي لاجل حفظ يوم الاحد, fol. 120. Se de coelo A. G. 1042, C. 731 descendisse profitetur.

13. Historia quadraginta martyrum, قصت اربعين شاهد [l. قصة], fol. 127. Hujus historiae scriba fuit diaconus Fatachallah, fil. Soltanis, ܫܡܐܣܗ ܦܬܚܐܠܠܗ ܐܒܢ ܣܠܛܐܢ. [MARSH. 361.]

160.

Codex chartaceus in quarto, ff. 126 constans, Carshunicus, charactere simplici, A. C. 1634 exaratus. Insunt;

1. Liber catacheticus de theologia, cui nomen Liber Discipuli.

Tit. ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܘܚܣܢ ܬܘܦܝܩܗ ܘܢܟܬܒ ܟܬܐܒ ܐܠܬܠܡܝܕ ܐܠܕܝ ܦܝܗ ܐܠܡܥܠܡ ܝܓܐܘܒ ܘܝܫܪܚ ܟܠ ܡܐ ܝܣܐܠܗ ܐܠܬܠܡܝܕ ܡܢ ܐܡܘܪ ܐܠܥܠܘܡ ܘܐܟܬܪܗ ܡܢܩܘܠ ܡܥܡܘܠ ܘܡܓܡܘܥ ܡܢ ܐܣܚܩ ܥܐܠܡ ܐܠܠܓܗ ܪܘܡܝܗ. ܡܛܪܐܢ ܛܪܐܒܠܣ ܀ Dei auxilio et bono ejus concursu scribere adgredimur Librum Discipuli, in quo praeceptor quidcunque de rebus doctis eum roget discipulus, respondendo exponit, maxima ex parte secundum ea quae elaboravit et collegit Isaac, vir linguae Graecae peritus, et urbis Tripolis metropolitanus, fol. 2.

Postea, fol. 81 vo., haec responsa collecta esse dicuntur ex illis quae viri sancti eruditique docuerunt, هذا الكتاب المبارك الذي مجموع وملموم من قول القديسين والمعلمين. Nomine in libro commemorantur Ambrosius, Augustinus, Irenaeus, Bellarminus (بالرمينوس), Philbertus (فيلبرتوس), Athanasius, Doctor Thomas, تاوما الملفان (forte Aquinas), Aristoteles, Gregorius Theol., Ricardus (معلم باسم ريقاردوس), Chrysostomus, Isidorus, Cyrillus, Dionysius, Geronymus (جيرونيموس), Vincentius (بينشنتسيوس), et forte alii.

Per totam theologiam currit discipulus[a], rogans de Deo, de angelis, de Dei post mundum creatum operibus, de Hexaemero, de causa quare Deus homines creavit, de corporis materia, de anima, de situ Paradisi, de loco ubi creatus est homo primus, utrum intra vel extra paradisum, de paradiso, an hodie in mundo existet, de primo peccato, de Adam et Eva, an mortales creati sint, unde homines vita tam brevi fruuntur, de vita, de poenitentia, utrum Adam et Eva poenitentiam egerint, de angelis, de Sathana, de daemonibus, de natura et situ purgatorii, et quomodo animae ex eo liberari possint, de paradiso beatorum, de gehenna, an animae ibi sese mutuo agnoscunt, de igni in gehenna, utrum materialis vel spiritalis sit, de praemio et poenis, de tempore, causa, loco resurrectionis, utrum eadem corpora ac sepulta sunt surgunt ⁘ de ultimo judicio, utrum Christus solus judicabit, de iis quae judicium supremum sequuntur.

Ad calc. ܟܡܠ ܐܠܟܬܐܒ ܒܥܘܢ ܝܣܘܥ ܐܠܡܣܝܚ ܣܢܗ ܐܦ̈ܠܕ ܠܠܡܣܝܚ ... [Syriac-script (Garshuni) colophon, only partly legible] ... ܠܗ ܐܠܡܓܕ ܐܠܐ ܐܠܐܒܕ ܐܡܝܢ ܀ Absolutus est hic liber A. C. 1634, die currente 24 mensis Teshrin prioris. Qui legit, vilem No'mah pro peccatorum venia meminerit,

[a] Nota quod post fol. 66 nomina magistri et discipuli inter se mutata sunt, ita ut quae discipuli sunt magistro tribuuntur.

neque propter scripturam eum culpet. Calamus enim aliquando nigrius, aliquando pallidius scripsit. Qui autem meminerit, sit ei regnum caeleste.

2. Historia Josephi, fol. 82.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܠܗ ܐܠܪܐܘܦ ܐܠܪܚܝܡ ܘܒܗ ܢܣܬܥܝܢ. ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܘܚܣܢ ܬܘܦܝܩܗ ܒܢܣܟ ܣܝܪܗ ܝܘܣܦ ܐܠܨܕܝܩ ܐܒܢ ܐܒܝܢܐ ܝܥܩܘܒ: ܘܡܐ ܓܪܐ ܠܗ ܡܥ ܐܟܘܬܗ ܒܣܠܐܡ ܡܢ ܐܠܪܒ ܐܡܝܢ ܀ In nomine Dei clementis, misericordis, in quo spes nostra sita est, Dei auxilio et bono ejus concursu exarare adgredimur historiam Josephi justi, fil. patris nostri Jacobi, et quid ei cum fratribus accidit, in pace Dñi, Amen.

Altera manu sunt ff. 90—109, quorum pleraque binis columnis exscripta sunt.

Ad calc. ܬܡܬ ܣܝܪܗ ܝܘܣܦ ܐܠܨܕܝܩ ܒܣܠܐܡ ܡܢ ܐܠܪܒ ܝܘܡ ܐܠܟܡܝܣ ܒܥܫܪ ܬܫܪܝܢ ܐܠܐܘܠ ܡܛܠܥ ܫܗܪ ܝ̄ܒ ܝܘܡ: ܣܢܗ̈ ܐܠܦ ܡܣܝܚܝܗ ܀ ܕܟܪܗ ܗܝ, ܠܘܠܕܬ ܐܠܠܗ ܘܓܡܝܥ ܩܕܝܣܝܢ ܐܝ ܘܐܡܝܢ ܘܠܕܗܪ ܕܗܪܝܢ ܀ ܟܐܬܒܗ, ܐܝܕܝ ܚܛܝܐ ܣܡܝ ܡܫܡܫܢܐ ܘܠܐ ܡܒܥܕܐ ܘܐܢܓܣ ܡܢ ܟܠ ܩܠܡ ܗܬܝܟܐ. ܘܟܠ ܡܢ ܩܪܐ ܝܬܪܚܡ ܥܠܝܗ, ܐܠܐܠܗ ܘܝܣܡܚ ܠܗ ܀ Explicit. historia Josephi justi, cum pace Dñi, feria quinta, die 12 mensis Teshrin prioris, A. C. 1634. Commemorata sit Deipara, et omnes sancti, immo, et amen, in saecula. Scripta est meis manibus, peccatoris, nomine non facto diaconi, remoti (a Deo), et plus quam caeteri scribae abominandi. Quicunque legit, sit ei Deus propitius, et misericors. [MARSH. 529.]

161.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. 187 constans, Carshunicus, fine mutilus, charactere simplici exaratus. Insunt;

1. Danielis sapientis Prognostica.

Tit. ܥܠܝ ܒܪܟܗ ܐܠܠܗ ܢܒܬܕܝ ܒܟܬܐܒ ܕܐܢܝܐܝܠ ܐܠܚܟܝܡ ܀ Dei gratia scribemus Danielis sapientis librum.

Qualis sit liber ex initio videatur, quod hujusmodi est; قال دانيال الحكيم اذا دخل كانون الاجر يوم الاحد يكون المطر كثير في ادار ونيسان: ويكون الشتا بارد: ويفيض ما صعب: والثمر والغله جيده والحب: ويكثر الوقوع بين الملوك وغيره • Dixit Daniel sapiens, Si mensis Januarii initium dies dominica sit, pluvia in mensibus Martio et Aprili copiosa erit, et saeva hyems, et quicquid durum est abundabit: sed dactylus, frugesque optimae, et bacca copiosa. Multa erint inter reges praelia, etc. Simili modo per septem ferias pergit, et postea de mansione retrogressionis solis, de grandine, de defectu solis et lunae, de pluvio arcu, de tonitru, de terrae motu cui nomen رجفة, de retrogressione lunae, de terrae motu cui nomen زلزلة, de stellis et signis caelestibus, de ventis typhonibusque, de singulorum mensium signis (دلال) ex Octobri incipiens, qui mensis apud Syros caput anni est, de nativitate anni per duodecim Zodiaci signa, agit.

2. Catechismi duo, fol. 117.

1. Catechismi prioris tit., ܒܣܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܗ ܘܐܚܕ ܀ ܢܟܬܒ ܡܣܐܝܠ ܘܓܘܐܒܐܬ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Dei unius, scribemus Quaestiones et Responsa.

Exemplo sit fol. 117; Quis primus mortuus est? Abel, filius Adam, quem frater ejus occidit. Quot erant viri, quibus nomen Adam? Tres; primus ille qui solus in terris: alter Noe, cujus in diebus post diluvium nemo praeter ipsum et filios superfuit: tertius Abraham, patrum et prophetarum pater. Quot erant prophetae? E semine Abraham viginti quatuor: et pater noster Adam primus prophetarum et sacerdotum et regum, ut liber Dei, cui sit gloria, in Lege testatur, etc. Postea

simili modo per Vetus Novumque Testamentum summatim, resque praecipuas ecclesiasticas, pergit, usque ad mortuorum resurrectionem, ubi res quinque quas Deus a fidelibus requiret recensentur.

2. Alterius tit., ܢܟܬܒ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܐܠܥܫܪ ܡܣܐܝܠ: ܐܠܬܝ، ܣܐܠ ܒܗܐ ܐܠܬܠܡܝܕ ܐܠܡܥܠܡܗ ܀ Ope Dei scribemus decem quaestiones, quas magistrum suum rogavit discipulus, fol. 132.

Quaestiones hujusmodi sunt, 1. Quid ethnicis respondendum exprobantibus, Si Christus filius sit Dei et Mariae virginis, necesse esse Maria uxor Dei sit. 2. Quae incarnationis necessitas. 3. Quae precum. 4. Quomodo panis et vinum caro et sanguis Christi fiunt. 5. Quis jejunandi modus. 6. Quis eleemosynarum. 7. Quomodo certo cognoverit Adam, Dñm eum e diabolo servaturum esse. 8. Quare necesse erat ut in utero conciperetur, et infantiae infirmitates pateretur Filius Dei. 9. Quid velint verba Dñi, quum ad sepulchrum Mariae Magdalenae dixit, *Ego adscendo ad Patrem meum vestrumque*, etc. 10. Quid opus ut Deus diabolum crearet. Responsum deest.

[Bod. Or. 8.]

162.

Codex bombycinus in duodecimo, ff. 206 constans, Carshunicus, fine mutilus, charactere simplici exaratus. Insunt;

1. Praefatio scriptoris, fol. 1.
2. Homilia Mar Joannis Chrysostomi de sancta die dominica, مامر من قول ماري ايوانيس فم الذهب قاله علي يوم الاحد المقدس, fol. 6.
3. Historia diaboli cujusdam, qui tandem poenitentiam egit, et a Deo acceptus est, خبر علي واحد الشياطين تدم توبه وقبله الله, fol. 18.
4. Historia filii regis, وايضا قصة ابن الملك, fol. 27.
5. Allegoria elegans a dño quodam, وايضا نكتب تماثيل لطيف من بعض السادات, fol. 43.
6. Versio epistolarum Aristotelis sapientis praestantis, quarum titulus Sui ipsius Increpatio, in quatuordecim capita distributa, نقل رسايل ارسطاطاليس الحكيم الفاضل ويدعا كتاب زجر النفس, fol. 50.
7. Preces Mosis prophetae, مناجات موسا النبى, fol. 169.
8. Homilia de sancto martyre electo Azazaele, ترجام علي القديس الشهيد المنتخب ماري عزازال, fol. 185.
9. Admonitio quae auditoribus obedientibus proderit, وايضا من قول نافع ينفع المطيعين السامعين, fol. 201.
10. Historia Mar Vitelliani (?) medici et martyris, qui commemoratur die 13 mensis Thammuz, قصة ماري بطلان الشاهيد الطبيب يكون ذكرانه ܝܓ بتموز, fol. 202.

Major pars deest. [Marsh. 589.]

163.

Codex membraneus in duodecimo, ff. 256 constans, charactere Estrangelo, A. C. 1177 luculenter exscriptus. Insunt;

Legenda sanctorum decem.

In initio quatuor folia tranversim scripta. Quae insunt prae vetustate vix legi possint, sed medica esse opinor e medicamentorum nominibus quae occurrunt, qualia sunt ܡܪܝܪܐ ܡܠܬܐ, ܪܘܡܝܐ, ܕܟܝܐ ܡܚ, etc. In ultimo folio inscriptio, sc. ܫܘܢ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܪܘܫܡܐ ܦܠܓܘܬܐ ܡܫܡܫܢ ܒܗ̈ܘܢ ܒܐܟܣܢܝܘܬܐ ܡܢ ܫܢ̈ܬ ܚܡܫܐ ܡܢܝܢܐ ܕܝܘܢܝܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܫܟܚ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܠܐ. ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܡܟܣܝܐ ܘܠܡܬܘܒܐ ܐܚ̈ܝܢ ܟܪܝܗܐ ܘܠܐ ܚܒܝܒܐ. ܘܟܠ ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ ܥܠ ܡܫ̈ܟ ܕܝܢ. ܘܥܠ ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܕܝܢ. ܘܥܠ ܥܠ ܕܟܬܒܘܬܗ ܥܡ ܐܒܝܢ. ܘܥܠ ܗܘܐ, ܥܠܡ ܥܢܝ̈ܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܕܩܕܝܫܐ. ܘܥܠܗ ܥܠ

ܕܬܫܒܘܚܬܗ ܐܠܗܐ، ܢܚܘܣ ܠܗ ܘܠܟܠܢ ܐܡܝܢ ܀
Hunc narrationum librum emit pater meus spiritalis patriarcha Masud[a] quindecim coronarum, تاجات, pretio e presbytero Jacobo beate quiescente e Koriha (?): et pater meus discipulo suo Clementi (?), nomine sed non facto episcopo, dedit. Quicunque in librum incidat, oret pro presbytero qui vendidit, et pro patre meo qui emit, et pro omnibus qui ejus participes sunt, Amen. Haec facta sunt A. Gr. 1813, C. 1502. Orate etiam pro eo qui scripsit: sit Deus ei et nobis omnibus propitius, Amen.

Titulus et fol. 1 desunt. Quo non obstante qui numeros adposuit, proximum ut primum folium numeravit. Idem folium inter 16 et 17 numero planum reliquit, et numerum 171 omisit.

1. Indicis finis, fol. 1. Insunt quatuor legendorum tituli.
2. Historia praeclarorum gestorum S. Mar Abhai, ܬܫܥܝܬܐ ܕܢܨܚ̈ܢܘܗܝ، ܕܩܕ̄ܝ̄ ܡܪܝ، ܐܒܚܝ, ibid. Ad calc. ܫܠܡܬ ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܐܒܚܝ ܕܗܘܐ ܒܝ̈ܘܡܝ ܐܬܐܘܕܘܣܝܘܣ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ. ܗ̇ܘ ܕܒܢܝܗ ܠܙܒܘܪܐ. ܘܗܘܐ ܡܪܝ، ܐܒܚܝ ܚܕ: ܐܒܗ̈ܬܐ، ܡܢ ܩܢ ܩܘܣܛܢܛܝܢܘܦ ܕܟܢܫܐ ܘܡܬܟܢܫܝܢ ܀ Explicit. historia sancti Mar Abhai, qui diebus regis fidelis Theodosii, qui Ziburam[b] aedificavit, floruit. Fuit autem Mar Abhai e patribus 150 qui Constantinopolim in sacram synodum convenerunt.
3. Historia S. Mar Shebai, ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܫܒܝ, fol. 61. Deest fol. ante fol. 62, et alterum ante fol. 70.

[a] Patriarcha Masud ille Ignatius est qui anno Gr. 1805 dignitatem abdicavit, ut Jacobitarum schismati finem faceret. Plura de eo videas ap. B. O. ii. 386.

[b] Quae fuerit urbs Zibura nescio: Rhesainam autem ad fluminis Chaborae fontes restauravit Theodosius, et magnam ea de causa apud Syros adeptus est.

4. Historia S. Mar Rubilii, ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܪܘܒܝܠ, fol. 78.
5. Historia S. Theodori et Noachi, quae quantum sit e libris legendis emolumenti ostendit, ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܬܐܘܕܘܪܐ ܘܢܘܚ ܕܡܚܘܝܐ ܕܟܡܐ ܩܪܝܢܐ ܐܝܬ ܡܢ ܝܘܬܪܢܐ ܕܟܬ̈ܒܐ, fol. 97. In marg. ܡܢ ܗܪܟܐ ܘܠܗܠ ܟܬܒ ܐܗܪܘܢ ܚܛܝܐ ܨܠܘ ܥܠܘܗܝ، ܡܛܠ ܡܪܢ ܀ Exinde scripsit peccator Aharon: orate pro eo propter Dñm nostrum. Scriptio quae semper ab antiquioribus formis recedebat, jam proprior ad Nestorianam accedit.
6. Historia Stephani archidiaconi et protomartyris, in qua narratur quomodo sancti ossa inventa sunt, ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܥܠ ܐܣܛܦܢܘܣ ܪܝܫܐ ܕܡܫ̈ܡܫܢܐ ܘܩܕܡܝܐ ܕܣܗ̈ܕܐ ܐܝܟܢ ܗܘܬ ܫܟܝܚܘܬܐ ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ, fol. 113.
7. Historia inventionis capitis Joannis baptistae, ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܐܝܟܢ ܐܫܬܟܚ ܪܝܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ, fol. 126.
8. Historia anonymi cujusdam martyris a Mar Joanne Chrysostomo doctore conscripta, ܬܫܥܝܬܐ ܕܡܪܝ، ܕܥܠ ܣܗܕܐ. ܕܐܡܝܪܐ ܠܡܪܝ، ܐܝܘܐܢܝܣ ܦܘܡ ܕܗܒܐ ܘܡܠܦܢܐ, fol. 136.
9. Fol. 198 deest. Inerat initium historiae Mar Danielis[c] qui Galash in monte Aisuma incola fuit; cf. indicem, in fol. 1, ubi ܕܡܪ. ܕܡܪܝ، ܕܢܝܐܝܠ ܕܓܠܫ ܕܒܐܝܣܘܡܐ ܠܛܘܪܐ ܟܪ̄ ܟܝ. ܦܬ. ܛ.
10. Historia Joannis qui vitam in puteo

[c] Hic Daniel idem est ac Daniel Abilus quem Assem. B.O. ii. 413 commemorat. Minime tamen reddenda est vox الابيل *Abilus*, sed *anachoreta*. Passim enim vocatur ܐܒܝܠܐ ܕܫܪܝܪܐ *anachoreta verus*. Galash autem jugum est montis Aisumae inter Amidam et Nisibin urbes, cf. fol. 216, ܐܬܐ ܠܛܘܪܐ ܕܓܠܫ. Denique perrarum est in indicibus ille loci ubi inveniatur historia notandi modus qui hic exstat. Significat enim ܟܪ̄ ܟܝ. ܦܬ̄. ܛ, fasciculi, ܟܘܪܣܐ, vicesimi folium, ܦܬܓܡܐ, nonum.

degebat, ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܥܠ ܡܘܣܝܢ ܕܒܓܘܒ ܒܒܐܪܐ, fol. 232.

11. Historia ligni crucis Salvatoris nostri, quomodo revelatum et monstratum fuit hominibus, ܬܘܒ ܬܫܥܝܬܐ ܕܥܠ ܩܝܣܐ ܕܡܠܟܢ ܕܦܪܘܩܢ ܐܝܟ ܐܬܓܠܝ ܘܐܬܚܘܝ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ, fol. 243.

Ad calc. ܐܫܬܠܡ ܕܝܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܬܫܥܝܬܐ ܫܢܬ ܐ̄ ܬ̄ ܘܦ̄ܚ̄ ܕܝܘܢܝܐ. ܒܝܘ̈ܡܝ ܡܪܝ، ܡܝܟܐܝܠ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܡܪܝ، ܡܪܩܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ. ܘܒܝܘ̈ܡܝ ܡܪܝ، ܝܘܚܢܢ ܐܦܝܣ̄ ܕܛܘܪ ܥܒܕܝܢ. ܟܬܒܗ ܕܝܢ ܐܗܪܘܢ ܚܛܝܐ ܘܕܒܫܡܐ ܕܝܪܝܐ ܒܪ ܣܒܪܘܢ ܩܫ̄ ܡܢ ܟܦܪܒܒܐ ܩܪܝܬܐ. ܐܝܟ ܕܠܐܚܘܗܝ ܕܝܠܗ ܪܘܚܢܝܐ. ܓܒܪܐܝܠ ܕܝܪܝܐ ܡܒܪܟܐ ܘܩܫ̄ ܡܝܩܪܐ ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܩܕܝܫܐ ܡܛܠ ܕܐܡܝܪ. ܐܝܟ ܕܢܩܪܐ ܒܗ ܘܢܐܬܪ ܒܗ. ܘܬܒܥ ܡܢ ܟܠ ܐܚ̈ܐ ܪ̈ܘܚܢܝܐ ܕܐܬܝܩܘܢ ܕܢܦܓܥܘܢ. ܒܗ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܢܨܠܘܢ ܥܠܘܗܝ ܡܛܠ ܡܪܢ ܘܥܠ ܐܒܗ̈ܘܗܝ ܡܛܠ ܚܘܒܗ ܕܡܫܝܚܐ ∴ ∴ ܘܐܠܗܐ ܢܚܘܣ ܥܠ ܕܐܫܬܘܬܦ ܒܗ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ ܐܡܝܢ. ܘܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ ܢܬܝܗܒ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܠܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܥܕܬܐ ܕܒܗ̇ ܡܫܝܚܐ ܐܡܝܢ. ܘܨܠܘ ܥܠ ܡܘܫܐ ܩܫ̄ ܟܦܪܣܠܛܘܢܝܐ ܕܫܪܝ ܒܟܬܒܗ ܕܟܬܒܐ * * * ∴

Explicit. hic historiarum liber A. Gr. 1488, C. 1177, diebus Mar Michaelis[d] Antiochiae patriarchae, et Mar Marci Alexandriae, et Mar Joannis episcopi Tur-Abdinensis. Scripsit eum peccator Aharon, nomine tantum monachus, fil. Sabron presbyteri e pago Capharbabo, in usum fratris ejus spiritalis Gabrielis monachi benedicti, et presbyteri venerabilis, fil. fratris sancti supradicti episcopi, ut in eo legeret et proficeret. Preces omnes fratres spiritales, qui in hunc librum aliquando incidant, rogat, ut pro eo propter Dñm et pro parentibus ejus propter Christi amorem, orent. Sit autem Deus omnibus propitius qui hujus libri participes erant, Amen. Culparum venia et peccatorum remissio omnibus ecclesiae fidelis filiis a Christo concedatur, Amen. Orate etiam pro Mose presbytero Caphar-Saltonensi, qui initium hujus libri exscripsit * * *.

[d] De Michaele Antiocheno v. Le Quien, Or. Chr. ii. 1389; de Marco Alexandrino, ib. ii. 487; de Joanne Tur-Abdinensi, ii. 1528.

Duo sequuntur folia iis in initio codicis similia: insunt autem Jeremiae prophetae cap. i. vv. 10—13; et inscriptio a quodam Claudio episcopo ܩܠܘܕܝܘܣ ܕܟܪܡ ܐܦܝܣ̄, in anno Gr. ܐܬܝܐ, h. e. 1811, C. 1500 scripta, in qua preces legentium orat. [Marsh. 13.]

164.

Codex bombycinus in folio, ff. 57 constans, fine mutilus, charactere simplici, A. C. 1129, luculenter exaratus, punctis plerumque adpositis. Insunt;

Officia in commemorationem S. Jacobi membratim concisi sub Yazdagirdo rege Persarum; et varia.

1. Officia S. Jacobi, fol. 1.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܟܬܒܝܢܢ ܬܫܥܝܬܐ ܥܠ ܢܨܝܚܐ ܘܓܒܝܐ ܘܣܗܕܐ ܘܢܟܦܐ ܘܩܕܝܫܐ ܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ ܡܦܣܩܐ ∴ Ope Trinitatis sanctae scribemus historiam[a] inlustris et electi martyris casti sanctique Mar Jacobi membratim concisi.

[a] Quamvis vocatur historia, revera officia martyris sunt. Constant enim ex 1°. ܚܘܣܝܐ ܠܪܡܫܐ, in quo insunt ܨܠܘܬܐ, ܩܠܐ, ܣܘܓܝܬܐ, ܡܐܡܪܐ, ܨܠܘܬܐ ܕܒܥܘܬܐ, et ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ, h. e. Jacobi Sarugensis. 2°. ܠܓܘܫܡܐ ܠܫܘܒܬܪܐ Completorio, in quo insunt, ܨܠܘܬܐ, ܩܠܐ, et ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ. 3°. ܠܓܘܫܡܐ ܕܠܠܝܐ, qui constat ex ܩܠܐ, ܩܢܘܢܐ ܕܐܪܒܥܐ, ܣܘܓܝܬܐ, et ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ. 4°. ܠܓܘܫܡܐ ܠܨܦܪܐ, qui constat ex ܨܠܘܬ̈ܐ, ܩܠ̈ܐ, ܣܘܓܝܬܐ, ܦܪܘܡܝܘܢ, ܡܐܡܪܐ, ܚܘܬܡܐ, ܡܕܪ̈ܫܐ, et ܒܥܘܬܐ ܕܡܪܝ، ܝܥܩܘܒ.

2. Excerpta ex sacris scripturis cum expositione Arabica, Carshunice, fol. 45.

1. Act. Apost. xxvi. 9—18, ibid. In margine Hunc sermonē ex Arabica in linguam Latinam traduxit Dudleius Loftusius.
2. 2 Cor. iv. 7—18, fol. 46.
3. Matt. x. 16—33, fol. 47.

3. Vita S. Jacobi membratim concisi, Carshunice, قصة القديس الشريف مار يعقوب, fol. 50. Nullus exstat colophon, sed in fol. 44, ad finem S. Jacobi officiorum, [Syriac text] Explicit. et Deo gloria: A. 1440, h. e. Graecorum, qui A. C. esset 1129. [MARSH. 671.]

165.

Codex chartaceus in quarto, ff. 140 constans, Carshunicus, saeculi fortasse decimi septimi, charactere simplici exaratus. Insunt;

Historiae[a] sanctorum, et homilia.

1. Historia S. Zainae, fol. 1.

Tit. [Syriac text] In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei, scribere adgredimur Dei auxilio et bono ejus concursu historiam sanctae castaeque Zainae, filiae regis Luciani, quae discipulos fecit centum et tredecim myriades.

2. Historia sanctae castaeque dñae Marinae, [Syriac text], fol. 22.

3. Historia S. dñae Samonae, et septem filiorum ejus, qui Antiochiae, diebus regis infidelis Antiochi, martyrium passi sunt, [Syriac text], fol. 42.

4. Historia Jonae prophetae, quum Deus summus eum ad urbem Nineven, ut incolas ad poenitentiam adduceret, misit [Syriac text] [l. [Syriac text]], fol. 52.

5. Historia S. abbatis Ammonis, quocum vixit mulier, [Syriac text], fol. 59. In historia nomen gerit mulier [Syriac text], h. e. سالج Simplex, et sic ap. B. O. iii. i. 286 vocatur *Sancta Simplex.*

6. Historia Job justi, [Syriac text], fol. 61.

7. Homilia Mar Jacobi Sarugensis, et Mar Ephraimi de Josepho fil. Jacobi, et quid ei cum fratribus accidit, [Syriac text], fol. 79.

8. Historia virginis monialis in sancta urbe Hierosolymis, [Syriac text], fol. 139. [MARSH. 355.]

166.

Codex chartaceus in quarto, ff. 47 constans, Carshunicus[a], charactere simplici, A. C. 1595 exaratus. Inest;

S. Antonii eremitae vita, e libro quodam,

[a] Adfirmat nescio quis in libri superscriptione has historiolas esse *Lectiones ex Joanne Damasceno.* Nil autem tale scripsit Joannes, teste Leone Allatio, *Συμμικτά*, p. 448, et inter opera anonyma recensentur a J. S. Assemano, B. O. iii. i. 285, 286.

[a] In codicis initio tria folia compacta sunt, quae ad Cod. Bod. Or. 68 pertinent: postea in folio 1 haec inscriptio, An. 1593, Alepo. Liber vitae de Santo Antonio Eremita. Est liber maximae authoritatis et sanctitatis apud Christianos Maronitas de Monte Libano in Syria. Scriptus est littera et lingua Syriaca, sive Chaldaica. Rectius in fol. 2, Vita de S. Antonio: scritta in Syriaca Littera Caldea, et Lingua Arabica Moresco-Vulgare.

cui inerant sanctorum a Jacobitis cultorum vitae, exscriptus.

Tit. ܒܫܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ، ܢܒܬܕܝ ܘܢܟܬܒ ܣܝܪܗ ܐܠܩܕܝܣ ܡܐܪ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܀ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, scribere adgredimur Historiam S. Mar Antonii, fol. 2.

Miracula S. Antonii et pugna cum diabolis, عجايب القديس مار انطونيوس وما قاتل مع الشياطين, fol. 23.

Ad calc. ܘܟܐܢ ܐܠܦܪܐܓ ܡܢ ܗܕܗ ܐܠܣܝܪܗ ܗܕܗ ܐܠܬ ܘܟܬܐܒܬܗܐ ܡܟܬܒܗܐ ܘܬܡܐܡܗܐ ܡܢܣܘܚܗ ܦܝ ܫܗܪ ܟܐܢܘܢ ܐܠܐܟܝܪ ܦܝ ܚܡܣܬ ܥܫܪ ܝܘܡ ܦܝ ܝܘܡ ܐܠܐܪܒܥܐ ܣܐܥܗ ܬܣܥܗ ܡܢ ܐܠܢܗܐܪ ܥܠܝ ܝܕ ܐܠܚܩܝܪ ܝܘܣܦ ܐܒܢ ܕܐܘܕ ܡܢ ܩܪܝܗ ܒܢ ܡܢ ܓܒܠ ܠܒܢܢ ܡܩܐܛܥܗ ܛܪܐܒܠܘܣ ܒܪܝܗ ܐܠܫܐܡ ܘܣܟܢ ܦܝ ܡܕܝܢܗ ܚܠܒ ܘܟܬܒ ܗܕܐ ܦܝ ܡܕܝܢܗ ܚܠܒ ܐܠܡܚܪܘܣܗ ܀ Hujus historiae scribendae finis factus est A. C. 1595, die mensis Canun posterioris 15, feria quarta, hora lucis nona, manu peccatoris Josephi, fil. Davidis, ex urbe Van in monte Libano et provincia Syriae Tripolitana, sed hodie urbis Halebi incolae, ubi etiam hunc librum exscripsit.

Excipit in fol. 46 alia epigraphe, in qua Josephus se hunc librum exscripsisse dicit e libro, cui inerat vita Barsumae ferro induti, ܕܒܪܨܘܡܐ ܠܒܝܫ ܦܪܙܠܐ, qui temporibus Theodosii et Marciani imperatorum vixit: quibus regnantibus ortus est Nestorius, a concilio Ephesino damnatus, etc. Unde liquet errasse Renaudotium, Liturg. Or. Coll. ii. 100, et Assem. B. O. ii. 10, contra Naironum, Euopl. 53, conjicientes hoc Barsumae Aegyptii, qui A. C. 1317 obiit, cognomen esse. Diserte enim hoc in loco hic titulus Barsumae archimandritae, qui conciliabulo Ephesino interfuit, concessus est: nec immerito, quippe qui cum valida monachorum manu in concilium inruperit, et ipsi Flaviano mortem molitus sit. Denique in hac brevi Barsumae vita, mortem obiisse dicitur die Febr. 3; revera autem die 1 Febr. A. C. 458 obiit, et apud Armenos festum ejus adhuc Calendis Februar. celebratur. Jacobitae autem Syri et Aegyptii die tertio, quo sepultus est, memoriam ejus celebrant, et inde ortus est scriptoris error, diem mortis a festo ejus colligentis.

Insunt etiam ex eodem codice desumptae historiolae Juliani eremitae, et Mosis monachi Scetensis; it. index in capp. 56 libri theologici, quem Apem Salamonis Bostrorum episcopi esse opinor; it. brevis de Israelitarum ex Assyria reditu nota. Index Syriace, caetera Carshunice scripta sunt. [Bod. Or. 73.]

167.

Codex bombycinus in folio, ff. 201 constans, vetus, manu tamen recentiore multis in locis refectus, binis columnis, charactere simplici exaratus. Inest;

1. Gregorii Bar-Hebraei Chronici pars prima, fol. 1.

Tit. ܒܙ ܠܡܬܒܪܢܘܬܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܫܪܝܢܢ: ܡܬܚܝܠܝܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢܐ ܕܥܒܝܕ ܠܡܪܝ، ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ. ܘܕܡܥܪܒܐ: ܕܗܘ ܐܒܘ ܐܠܦܪܓ ܐܣܝܐ: ܕܡܢ ܡܠܝܛܝܢܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܡܬܟܢܝܢ ܒܪ ܥܒܪܝܐ ܀ Invocato Patris et Filii et Spiritus Sancti auxilio, scribere adgredimur Librum Descriptionis Temporum sive Chronicon, a Mar Gregorio, Orientis et Occidentis mafriano, qui idem Abu'lpharagius medicus, ex urbe Melitene oriundo, cognomine Bar-Hebraeo, conscriptum.

In obverso variae exstant glossae, in quibus gentium, urbium, etc., nomina exponuntur.

Ff. 10—24, 35, 150, 179, recentiore manu sunt: fol. 34 scriptura vacuum est.

A mundi creatione incipit haec prima Chronici pars, et rebus gestis Judaicis, Chaldaicis, Persicis, et Aegyptiacis breviter digestis, imperatorum Romanorum vitas usque ad Heraclium describit; inde ad Mohammedem pseudoprophetam, ejusque successores pergens, de rebus Ismaeliticis fusius usque ad A. C. 1296 et regnum Tatarorum tractat. Pars altera in Bibliotheca Cantabrigiensi conservatur.

2. Historia aedificationis urbis Darae et coenobii, ܫܘܪܝܐ ܕܒܢܝܢ ܕܪܐ ܡܕܝܢܬܐ ܘܕܝܪܐ, fol. 189. E quinto ecclesiasticae historiae Joannis Asiae episcopi libro desumpta est, ut ex initio patet, ubi legimus ܫܠܡܬ ܕܝܢ ܕܒܢܝ̈ܢܗ ܐܡܪ ܗܘܣܝܢ ܕܐܦܣܩܐ ܒܟܬܒܐ ܕܫܡܥܢܐ ܕܟܠ ܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢ̈ܐ ܘܡܠܟܐ [l. ܕܫܡܥܢܐ]. Nota tamen quod Joannes librum suum minime Chronicon sed ܬܫܥܝ̈ܬܐ *narrationes* adpellavit.

3. Narratio de Neuruz persecutoris morte, ܡܛܠ ܡܗܠܟܐ ܕܢܘܪܘܙ ܪܕܘܦܐ, fol. 190. Mire vertit Bruns *De clade quam Neuruzus inflixit*, sed minime hoc significat ܡܗܠܟܐ, sed ipsius persecutoris mortem, quam propter magnam ejus in eos crudelitatem, multo gaudio, ut justitiae divinae signum, acceperunt Christiani.

4. Expeditio Hunnorum, Persarum, Mogolorum in agrum Diarbekr, ܡܩܦܠܬܐ ܕܗܘܢ̈ܝܐ ܦܪ̈ܣܝܐ ܡܓ̈ܘܠܝܐ ܠܐܬܪܐ ܕܕܝܪ ܒܟܪ, fol. 192.

5. Vastatio urbis Tur-Abdin a Timur-Khan, ܡܛܠ ܚܪܒܐ ܕܥܒܕ ܠܬܡܘܪܠܢܟ ܒܠܗܘܪ ܐܒܕܡ, fol. 193.

6. Excerpta quaedam e chronico, ܬܘܒ ܡܬܟܢܫܢ ܡܠܠ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬ ܙܒܢ̈ܐ, fol. 194.

Tres tractatus, qui in hujus codicis ff. 192—201 insunt, edidit P. J. Bruns in *Neues Repertorium für biblische und morgenländische Litteratur*, herausg. von Paulus, Jena, 1790, T. i. pp. 1—116, sub titulo *Appendix ad Chronicon Bar-Hebraei*. Breves addidit notas G. W. Lorsbach, in *Archiv für die morgenländische Literatur*, Marburg, 1791, T. i. pp. 301—319. Assemanus etiam, B. O. iii. ii. 134, ea summatim exposuit, notamque addidit, quod haec chronici continuatio ex tribus constet partibus, quarum prima annos 1394—1402, altera 1395—1403, tertia 1394—1493 complectitur. In nostro codice diversis manibus sunt ff. 189, 190—1, 192—201, quarum longe recentissima, fol. 189.

Gregorii chronicon a nobis jam recensitum est in Hunt. i. 9, p. 395. [HUNT. 52.]

168.

Codex chartaceus in folio, ff. 3 constans, charactere simplici ab ipso Hydio, ut opinor, exaratus. Inest;

Eusebii, vel potius Nicephori, Chronographia, e cod. Bod. Or. cxxi, ff. 351—357 exscripta, cum eodem ex Epiphanii operibus de sanctis libris excerpto.

Ad calc. fol. 3, ܫܢܬ ܐܦܥܓ, A. Gr. 1573, C. 1261. Cave tamen ne credas cod. Bod. Or. cxxi, A. C. 1261 exaratum esse; revera enim annus est quo Abraham quidam eum acquisivit. Scriptus est autem ܫܢܬ ܐܦܘ, A. Gr. 1506, C. 1195. [HYDE 44.]

169.

Codex chartaceus in folio, ff. (161 – 5 =) 156 constans, Carshunicus, mutilus, initio fineque carens, binis columnis, charactere simplici exaratus. Inest;

Gregorii Bar-Hebraei Nomocanonis versio Arabica.

Desunt ff. 1, 8, 9, 18, 19: ff. 141—159ro

Arabico et sermone et charactere scripta sunt; ff. 159vo—161 Carshunice, altera et meliore manu. Denique nomen Severi Antiocheni utpote haeretici nescio quis zelo ferventior e libro multa cura erasit.

Insunt omnino eadem ac in Hunt. i. 6, p. 383 supra: sc. pars ultima praefationis (e vocibus ܘܥܡ ܬܐܪܝܬܐ Hunt. i. p. 260, c. 1, l. 20), fol. 2. Cap. 1, fol. 3. Cap. 2 init. deest. Inerat in ff. 8, 9. Cap. 3, fol. 11. Cap. 4, fol. 14. Desunt sectt. 6, 7, 8. Cap. 5, fol. 20. Cap. 6, fol. 25. Cap. 7, fol. 27. E sectt. 7, et 8 multa omissa sunt (ex Hunt. i. 273, c. 3, l. 53; ad 274, c. 1, l. 20). Cap. 8, fol. 40. Cap. 9, fol. 52. Cap. 10, fol. 54. Cap. 11, fol. 58. Cap. 12, fol. 67. Reddit Ar. في سلف عطي الثمن De pretii antecessione. Cap. 13, fol. 70. Cap. 14, fol. 72. Cap. 15, fol. 75. Cap. 16, fol. 78. Cap. 17, fol. 79. Cap. 18, fol. 81. Cap. 19, fol. 82. Cap. 20, fol. 89. Cap. 21, fol. 93. Cap. 22, fol. 97. Cap. 23, fol. 98. Cap. 24, fol. 99. Cap. 25, fol. 102. Cap. 26, fol. 105. Cap. 27, fol. 109. Cap. 28, fol. 112. Cap. 29, fol. 114. Cap. 30, fol. 122. Cap. 31, fol. 123. Cap. 32, fol. 125. Cap. 33, fol. 127. Cap. 34, fol. 131. Cap. 35, fol. 140. Cap. 36, fol. 143. Cap. 37, fol. 144. Cap. 38, fol. 146. Cap. 39, fol. 151. Cap. 40, fol. 157. Finis deest. [HUNT. 50.]

170.

Codex bombycinus in quarto, ff. 275 constans, Carshunicus, binis columnis, charactere simplici, A. C. 1509 exaratus. Inest;

Petri patriarchae de praeceptis religionis libri duo.

1. Liber primus, cui praecedit praefatio, fol. 1.

Nullus exstat titulus, sed in praefatione post Dei invocationem descriptum est opus كتاب من كتب الالهيه والقوانين الروحانيه ut Liber e sacris scripturis et canonibus spiritalibus collectus. In capita 51 totum opus divisum est, quorum index praefationem excipit.

1. Cap. 1, De ecclesia, في الكنيسه, fol. 8.
2. Cap. 2, De sacris scripturis, في الكتب الالهيه, fol. 10.
3. Cap. 3, De baptismo, et catachumenis, في التعميد والذين يدخلون في الايمان, fol. 11.
4. Cap. 4, De patriarchatu, في البطاركة, fol. 13.
5. Cap. 5, De episcopatu, في الاساقفة, fol. 19.
6. Cap. 6, De presbyteris, في القسوس, fol. 39.
7. Cap. 7, De diaconatu, في الشمامسة, fol. 44.
8. Cap. 8, De archidiacono, et lectore, et exorcista (?), et administratore, et diaconatu, in quinque sectiones distributum, في الارشيدياقن والاجنوسطس والابسكدس والقيم والشمامسة وهو خمسة اقسام, fol. 48.
9. Cap. 9, De sacerdotibus in universum, et quae ad eos pertinent, in quinque sectiones distributum, في الكهنه جملة واتباعهم وهي خمس اقسام, fol. 50.
10. Cap. 10, De monachis, et monialibus, et virginibus; novem insunt sectiones, في الراهبان والراهبانات والعذاري وهو تسعة اقسام, fol. 60.
11. Cap. 11, De praeceptis quae ad bonos mores laicorum et fidelium in universum pertinent; insunt tres sectt., في اداب وصايا العلمانيين وجمالة المومنين, fol. 73.
12. Cap. 12, De pane eucharistico, في القداس, fol. 80.
13. Cap. 13, De sacra coena, في القربان, fol. 83.
14. Cap. 14, De precibus, في الصلاه, fol. 99.
15. Cap. 15, De jejunio, في الصوم, fol. 104.
16. Cap. 16, De eleemosynis, في الصدقه, fol. 128.
17. Cap. 17, De administratore, cujus est cura eleemosynarum et vectigalium ecclesiae, et de modo quo distribuenda sunt; tres insunt sectt., في متولي الصدقات

واموال الكنايس وقراينها وكيف صفتها وقسمتها وماشبه ذلك, fol. 135.

18. Cap. 18, De decimis et primitiis sectio prima; it. secunda de votis et legatis, قسمان الاول في بقية الكلام في العشور وفي البكور والثاني بالنذور والاوقات [l. الاوقاف], fol. 137.

19. Cap. 19, De die dominica, et sabbato; it. de festis dominicis et peregrinatione, في يوم الاحد والسبت ايضا والاعياد السيديه والحج, fol. 143.

20. Cap. 20, De martyribus, et confessoribus, et iis qui fidem infitiantur, لاجل الشهدا والمعترفين والجاحدين, fol. 146.

21. Cap. 21, De aegrotis, لاجل المرضا, fol. 148.

22. Cap. 22, Quod partis primae ultimum est, De defunctis, في الاموات وهو اخر الجزو الاولا, ibid.

2. Liber secundus, fol. 149.

Tit. بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد الجزو الثاني من الامور السياسيه الشخصيه والتوليه والملاليه والمدنيه وقد تقدم من تفصيل ابوابه في الجزو الاول In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei, Pars II de iis rebus quae ad bonam personarum et officiorum administrationem in vita religiosa et civica pertinent: et nota, quod index capitum parti primae praefixus est.

23. Cap. 23, De cibo et vestitu et domibus, et artibus quae Christianos deceant, في الماكل والملابس والمساكن والصناع اللايقا بالمسيحيين, fol. 150.

24. Cap. 24, De sponsa et matrimonio et possessionibus; sex insunt sectt., في الخطبة والزيجه والاملاك وما يتبع ذلك, fol. 152.

25. Cap. 25, Prohibitio concubinatus, et de statu concubinae et uxoris, تحريم التسري وحال السريه والتعبده, fol. 166.

26. Cap. 26, De donis, في الهبه, fol. 167.

27. Cap. 27, De aere alieno et pignore et sponsione et fidejussione, في القرض والرهن والضمان والكفاله, fol. 168.

28. Cap. 28, De rebus mutuo datis, في العاريه, fol. 171.

29. Cap. 29, De deposito, في الوديعه, ibid.

30. Cap. 30, De procuratione, في الوكاله, fol. 172.

31. Cap. 31, De libertate, et servitute, et statu liberorum, في الحريه والعبوديه والعتق, fol. 173.

32. Cap. 32, De pupillorum statu, في الحجر, fol. 175. Male Cod. ܐܠܟܣܪ ܐܠܚܓܪ ܘܐܠܚܓܪ.

33. Cap. 33, De mercaturis; quinque insunt sectt., في المباعات, fol. 176. Male Cod. ܐܠܟܣܪ ܐܠܬܐܢܝ ܘܐܠܬܐܢܝ.

34. Cap. 34, De societate in mercatura, في الشركه, fol. 180.

35. Cap. 35, De odio et ira, في الاكراه والغضب, fol. 181.

36. Cap. 36, De conductione mercenariorum, et pactae mercedis denegatione (?), في الاجارات والحكوره, fol. 183.

37. Cap. 37, De viis et plateis, caeterisque locis publicis; et de renovatione aedificiorum, et ductuum aquarum, et fluviorum in agris, في الطرق والشوارع وباقي الازقة وتجديد الابنيه ومجاري الامياه وانهار الصياع, fol. 186.

38. Cap. 38, De aere alieno, وفي القرض, fol. 190.

39. Cap. 39, De confessione; quatuor insunt sectt., وفي الاقرار, ibid.

40. Cap. 40, De rerum amissarum inventione, وفي ما يوجد ضاعا, fol. 191.

41. Cap. 41, De possessionum legatione per testamentum, وفي الوصيه بالمال, fol. 194.

42. Cap. 42, De haereditate; insunt tredecim sectt., وفي المواريث, fol. 200.

43. Cap. 43, De judice et quae ad eum pertinent; item de testibus; insunt tre-

decim sectt., في الحاكم ولوازمه ايضا والشهود, fol. 209.

44. Cap. 44, De regibus; insunt quinque sectt., في الملوك, fol. 224.

45. Cap. 45, De illo, quod in hoc libro e Vetere et Novo (Testamento) expetitum sit, في ما ينبغي في هذا الكتاب من العتيقه والحديثه, fol. 227.

46. Cap. 46, De poena eorum qui Deum denegant, في عقوبات الكفر بالله, fol. 235.

47. Cap. 47, De homicidio, et poena ejus corporali et spiritali, في القتل والقصاصه ايضا جسمانيا وروحانيا, fol. 237.

48. Cap. 48, De adulterii poena corporali et spiritali, في قصاص الزنا جسمانيا وروحانيا, fol. 242.

49. Cap. 49, De furti poena corporali et spiritali, في قصاص السرقات جسمانيا وروحانيا, fol. 245.

50. Cap. 50, De inebriatione, et scortatione, et filio nequam, et calumnia, multisque aliis criminibus, في السكر والزنا والولد العاق والسعايه وعدة جرايم, ibid.

51. Cap. 51, De crinibus et circumcisione, etc., في الشعر والختان وغيرهم, fol. 248.

3. Excerpta quaedam ex canonibus, فصل من القوبين المقدس, fol. 258.

1. De menstruis, في الحيض, ibid. 2. De corporis (in sacra coena) receptione, اخذ الجسد, ibid. 3. De aetate eorum qui baptizandi sunt, fol. 262. 4. De baptismo et matrimonio, h. e. ne quis eam ducat qui a se vel patre ejus baptizata sit, قانون قوريل لاجل العماد والزواج, fol. 265. Alii sequuntur canones, sed sine titulis, praeter unum de castitate, الطهارة, fol. 272.

Ad calc. كمل هذا الكتاب المبارك الممتلي حياة روحانيه المرشد الي الافعال في الوصايا الالهيه الذي هو اساس دين النصرانيه وناموس وشرايع البيعه القاتوليقيه علي ايادي الاب البار الطاهر المختار البعيد من كل الرذايل المشتمل بكل الفضايل الانسان النوراني والملاك الجسداني ذو العقل النقي مرتب البيعه وريسها وراسها وماسك تقليداتها كير فطروس البطريرك ادام الرب رياسته وثبت كرسي قداسته ورحم الشعب المسيحي في بركة صلاته المقدسه امين ✿ وكان ذلك في تاريخ سنة الف وثمانمايه وسبعين سنه يونانيه. وكتب ذاك حسب طلبة الولد المبارك اركيدياقون عطا الله ابن المعلم عساف وكيل الولايه الله يهنيه فيه امين امين امين ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ. وكتب هذه الاسطر الحقيره العبد الحقير الخاطي المسكين يوحنا باسم ولا بالفعال اركبد من قرية حصرون غفر الله له والوالديه ولكل من يذكره بالرحمه ولجميع اولاد المعموديه المقدسه امين ● Explicit. hic liber benedictus, vitae spiritalis plenus, idoneus qui ad bene in praeceptis divinis agendum dirigat, religionis Christianae fundamentum, cui inest lex et instituta ecclesiae catholicae, per manus patris sancti casti electi, ab omnibus pravis factis remoti, in universis bonis operibus prorsus absoluti, viri vere spiritalis, vel potius angeli corporei, mente pura praediti, ecclesiae et praefecti et capitis et gubernatoris, qui claves ejus etiam tenet, Kir Petri[a], patriarchae. Concedat Deus ut principatus ejus diu permaneat, et thronus sanctitatis ejus stabilis evadat, et propitius sit genti Christianae propter benedictas sanctasque preces ejus, Amen. Scriptum est A. Gr. 1870 rogatu pueri benedicti archidiaconi Atalleh, fil. doctoris 'Usaf provinciae procuratoris. Concedat Deus ut in eo legendo proficiat, Amen, et Deo gloria. Hoc vile exemplar scripsit servus vilis peccator pauper Joannes, nomine sed non facto archidiaconus ex urbe

[a] In A. C. 1559 patriarcha Maronitarum fuit Moses Bardensis, quem in suo chronico, ap. B. O. i. 522 describit Stephanus Edenensis ut *virum pietate et divinae gloriae studio maxime insignem.* Nomen tamen Petri hic gerit secundum Maronitarum morem, qui ad patriarchatum evecti nomen Petri sibi adsumebant. De titulo *Kir* alias notavi.

Hesron [b]. Det Deus veniam ei, et parentibus, et omnibus qui misericordiae ergo eum meminerint, et universis sancti baptismatis filiis, Amen.

Praeter Sacras Scripturas, Didascaliam apostolorum, et Canones, solos quos notavi patres sunt Basilius, Epiphanius, et Abuvalides. [HATTON. 25.]

171.

Codex chartaceus laevigatus in quarto, ff. 173 constans, charactere simplici, A. C. 1576, luculenter exaratus. Insunt;

1. Gregorii Bar-Hebraei Liber Radiorum. Tit. ܒܚܝܠܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܙܠܓܐ ܘܫܘܪܪܐ ܕܫ̈ܬܐܣܐ ܥܕ̈ܬܢܝܬܐ ܡܢ ܣܝ̈ܡܬܐ ܕܐܒܘܢ· ܩܕ̄ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܀ Ope Dñi nostri Jesu Christi scribere adgredimur Librum Radiorum et Confirmationis Fundamentorum Ecclesiasticorum, e scriptis S. patris nostri Mar Gregorii mafriani.

1. Praefatio, et Lib. i. De hexaemeri creatione, ܡܛܠ ܒܪܝܬܐ ܫܬܬ ܝܘܡ̈ܐ, fol. 1. Insunt capp. 7, α. De rebus in primo die creatis, fol. 4. β. In secundo, fol. 14. γ. In tertio, fol. 16. δ. In quarto, fol. 19. ε. In quinto, fol. 24. ς. In sexto, fol. 27. ζ. Investigationes, quae ad totum propositum pertinent, fol. 30.
2. Liber ii. De Theologia, ܡܛܠ ܡܠܠܘܬ ܐܠܗܘܬܐ, fol. 36. Insunt capp. 2, α. De naturae divinae unitate, ibid. β. De personarum in divina natura trinitate, fol. 45.
3. Liber iii. De Dei Verbi incarnatione, ܡܛܠ ܡܬܒܣܪܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܠܬܐ, fol. 49. Insunt capp. 3, α. De incarnationis veritate, ibid. β. De naturae Dei Verbi unitate, fol. 57. γ. De naturis non confusis, fol. 62.
4. Liber iv. De angelis, fol. 65. Insunt capp. 3, α. De eo, quod si sint angeli, quales sint, ibid. β. Quae sit angelis differentia inter se, fol. 68. γ. Quae sit inter angelos et res corporeas differentia, fol. 70.
5. Liber v. De malis spiritibus, ܡܛܠ ܪ̈ܘܚܐ ܛܢ̈ܦܬܐ, fol. 73. Insunt capp. 2, α. De eo, quod si sint, quales sint, ibid. β. De modo, quo operantur, fol. 75.
6. Liber vi. De anima, ܡܛܠ ܢܦܫܐ, ibid. Insunt capp. 5, α. De anima irrationali, ibid. β. Quae sit animae rationalis natura, fol. 79. γ. De animae rationalis creatione, fol. 83. δ. De animae rationalis facultatibus et operationibus, fol. 85. ε. De animae conditione, post ejus e corpore separatione, fol. 91.
7. Liber vii. De sacerdotio, ܡܛܠ ܟܘܗܢܘܬܐ, fol. 93. Insunt capp. 3, α. Quid sit sacerdotium, et quot in eo divisiones, ibid. β. De rebus, quas summo sacerdoti soli peragere licet, quales sint manuum impositio, et sacri chrismatis benedictio, fol. 95. γ. De rebus, quas sacerdotibus peragere licet, quales sint baptismus, oblatio eucharistica, defunctorum exequiae, fol. 99.
8. Liber viii. De libero arbitrio, et de finibus, ܡܛܠ ܫܘܠܛܢܘܬܐ ܚܐܪܬܐ ܘܣܘܦܐ, fol. 106. Insunt capp. 5, α. De libertate et fato et sorte, ibid. β. De bono et malo, fol. 116. γ. De fide et operibus, fol. 120. δ. De animae morbis, eorumque remediis, qualia sint poenitentia et confessio, fol. 126. ε. De variis retributionis modis, quales et quanti sint, fol. 131.
9. Liber ix. De fine utriusque mundi, parvi scilicet et magni, et de novi saeculi

[b] De Hesron, urbe Maronitarum insigni, cf. B. O. i. 246, not. 1.

initio, [illegible], fol. 136. Insunt capp. 3, *α*. De vitae fine, ibid. *β*. De mundi fine, fol. 140. *γ*. De resurrectione, fol. 144.

10. Liber x. De Paradiso, [illegible], fol. 149. Insunt capp. 2, *α*. Quis sit paradisus, necnon investigationes propriae ad rem secundum sensum communem, h. e. expositionem literalem, ibid. *β*. De paradisi theoria typice et parabolice, secundum sensum privatum, h. e. expositionem allegoricam, fol. 158.

Ad calc. [illegible]

In gloriam et honorem sanctae Trinitatis, unius Dei veri, Patris gignentis et non geniti, Filii autem geniti et non paterni, et Spiritus procedentis, qui e Patre procedit, et e Filio accipit, trium substantiarum sanctarum, trium proprietatum efformativarum, trium personarum, quarum una est natura, una operatio, una substantia, una efficacia, una potentia dominica: necnon in sanctae ecclesiae aedificationem finem et completionem accepit hic Liber Radiorum, ex ejus scriptis qui nunc apud sanctos degit, patris nostri ter beati Mar Gregorii, Orientis mafriani, qui idem Abu'lfarag, filius Aharonis medici ex urbe Melitene, A. Gr. 1887, C. 1576, rogatu presbyteri Abdalmesih e Gozarta Carduchiana, cognominati Bar Tarchanet (بر طرخانه), doctoris sufficientis, et sacerdotis Aharonici, et pontificis Melchisedekiani, cari nobis et dilecti: concedat ei Dñs bonum finem, qualis viris pacificis promissus est, et nos per ejus preces adjuvet, Amen. Scriptus est diebus pastorum orthodoxorum, Mar Ignatii, et Mar Basilii, et Mar Joannis nostri coenobii episcopi, et caeterorum patrum orthodoxorum, manibus viri culpa digni, pigri, omnium monachorum fimi, neque digni propter peccata ejus infausta cujus nomen in libris spiritalibus inscriberetur, Malec, nomine presbyteri et monachi, sed ex hac adpellatione remoti, fil. Enosh, fil. presb. beate quiescentis Matthaei, e vico benedicto Fonte Rosarum (Ain-Varda) oriundi. Vos denique qui in hunc librum incidatis, si mendam

erroremve inveniatis, corrigatis, precor, secundum sapientiam vestram, quia non sum scriba nisi propter penuriam. Quicunque autem erga nos misericors est, sit ei Deus propitius, Amen. Commemorata sit Deipara Maria, et omnes sancti, Amen. Et Deo gloria.

2. Excerpta, fol. 166.

1. E Gershone historico (?) contra Judaeos, ܕܓܪܫܘܢ ܡܟܬܒܢܘܬܐ ܠܘܩܒܠ ܝܗܘ̈ܕܝܐ, ibid.
2. E Bar-Salibaeo contra Nestorianos, ܡܢ ܡܠܬܐ ܕܐܘܪܬܕܘܟܣܘܬܐ ܕܒܪ ܨܠܝܒܝ ܠܘܩܒܠ ܢܣܛܘܪ̈ܝܢܐ, fol. 169.
3. Index in Librum Radiorum, ibid.
4. Enumeratio vocum quae Syriace cum ܥܡ, et Arabice cum مع scriptae sunt, e Lexico Abdalmesih desumpta, fol. 170.

[Bod. Or. 467.]

172.

Codex chartaceus laevigatus in quarto, ff. 160 constans, charactere simplici, A. C. 1592, luculenter exaratus. Inest;

Gregorii Bar-Hebraei Liber Radiorum.

Tit. ܥܠ ܫܠܡܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܙܠܝ̈ܩܐ ܘܕܫܘܪܪܐ ܕܫܬܐܣ̈ܬܐ ܥܕ̈ܬܢܝܬܐ. ܡܢ ܣܘܢ̈ܩܐ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ⁘ Ope Dñi nostri Jesu Christi scribere adgredimur Librum Radiorum et Confirmationis Fundamentorum Ecclesiasticorum e scriptis S. patris nostri Mar Gregorii Orientis mafriani.

8. Liber sextus de iis rebus, quae subter sphaeram sunt, sc. qualis sit aether igneus qui sub lunae firmamentum est, et de hoc aere et ejus mutationibus, et de anni tempore, et de roribus et stillicidiis, aliisque rebus quae in hoc aere qui nos circumdat, eveniunt, ܡܐܡܪܐ ܕܫܬܐ ܥܠ ܗܠܝܢ ܕܬܚܝܬ ܡܚܘܕܬܐ. ܕܐܝܟܢ ܐܝܬܘܗܝ ܐܬܪ ܢܘܪܐ ܕܬܚܝܬ ܙܘܦܪܐ ܕܣܗܪܐ. ܘܥܠ ܐܐܪ ܗܢܐ. ܘܫܘܚܠܦܘܗܝ. ܘܥܠ ܙܒܢܐ ܕܫܢܬܐ. ܘܥܠ ܛܠܠܐ ܘܪ̈ܣܣܐ. ܘܥܠ ܟܠܗܝܢ ܨ̈ܒܘܬܐ ܕܗܘ̈ܝܢ ܒܐܐܪ ܗܢܐ ܕܚܕܪ ܠܢ, fol. 253. Septem insunt capp., α. Quid sit subter totam sphaeram, et quae stellarum loca, et qualis aether igneus, et in quem usum, ܡܢܘ ܐܝܬ ܠܬܚܬ ܡܢ ܡܚܘܕܬܐ ܟܠܗ. ܘܕܘܟܝܬܐ ܕܟܘܟܒܐ. ܘܐܝܟܢ ܐܝܬܘܗܝ, ܐܬܪ ܢܘܪܢܐ. ܘܡܛܠ ܡܢܘ, ibid. β. Quid sit subter aethera, et qualis hic aer, et quid sint stellae volantes, ܡܢܐ ܐܝܬ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܬܪ. ܘܐܝܟܢ ܐܝܬܘܗܝ, ܐܐܪ ܗܢܐ. ܘܡܢܐ ܐܢܘܢ ܟܘ̈ܟܒܐ ܐܦ ܒܝܬ ܒ̈ܩܠܐ ܢܘܪܢܝܐ ܕܡܬܚܙܝܢ ܟܠܝ̈ܠܬܐ ܒܐܐܪ, fol. 255. γ. Qualis est ordo earum nubium quae nebulae dicuntur, et unde coeunt et congregantur, et quomodo etiam dissipantur, ܐܝܟܢ ܐܝܬܘܗܝ, ܠܥܢ̈ܢܐ ܕܥܢ̈ܢܐ ܗܢܘܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܥܪ̈ܦܠܐ. ܘܡܢ ܡܢܘ ܩܝܡܝܢ ܘܡܬܟܢܫܝܢ. ܘܐܝܟܢ ܬܘܒ ܡܬܦܠܓܝܢ, fol. 261. δ. Unde et e quibus provenit visus fulgurum et sonus tonitruum, ܐܝܟܢ ܘܡܢ ܡܢܘ ܗܘܐ ܚܙܘܐ ܕܒܪ̈ܩܐ ܘܩܠܐ ܕܪ̈ܥܡܐ, fol. 262. ε. De pluviis et stillicidiis, et quare et qua de causa formatur nix, et grando et glacies, et alia hujusmodi, ܡܛܠ ܡܛܪ̈ܐ ܘܪ̈ܣܣܐ. ܘܡܛܠܡܢܐ ܘܡܢ ܐܝܕܐ ܥܠܬܐ ܗܘܐ ܬܠܓܐ. ܘܒܪܕܐ. ܘܓܠܝܕܐ. ܘܕܐܝܟ ܗܠܝܢ, fol. 266. ϛ. E quibus rebus et unde eveniunt temporum mutationes, ver, aestas, auctumnus, hyems, ܡܢ ܡܢܘ ܘܡܢ ܐܝܟܢ ܗܘܝܢ ܫܘ̈ܚܠܦܐ ܕܙܒ̈ܢܐ ܕܬܐܪܐ ܘܩܝܛܐ ܘܬܫܪܝܐ ܘܣܬܘܐ, fol. 269. ζ. Qua de causa temporum mutationes sensim et ordinate, et non subito una post alteram fiunt, ܡܛܠ ܡܢܐ ܡܥܢܣܝܐܝܬ ܘܡܛܟܣܐܝܬ ܐܬܝܢ ܫܘܚܠ̈ܦܐ ܕܙܒ̈ܢܐ. ܘܠܐ ܗܟܘܢ ܡܫܬܚܠ ܚܕ ܒܬܪ ܚܕ, fol. 277.

9. Liber septimus de variis volucrium et avium, et piscium et reptilium in aquis generibus; et de terrae natura multisque ejus mutationibus; et de solidorum corporum formatione, qualia sunt aurum, argen-

tum, aes, et caetera ejusmodi; et de fodinis; et de aquis calidis caeterisque scaturiginibus; et de pice et naptha; et de variis arborum et fructuum et seminum generibus; denique de feris et jumentis, ܡܐܡܪܐ ܕܬܫܥܐ ܕܥܠ ܚܝܘܬܐ ܕܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܬܩܪܝܢ ܡܗܠܟܝ ܚܝ̈ܘܬܐ ܕܢܦܘܫܐ ܘܡܕ̈ܒܪܢܐ ܕܦܪܘܫܘܬܐ: ܘܥܠ ܚܝ̈ܘܬܐ ܕܢܝ̈ܫܐ ܘܥܠܘܗܝ ܕܬܢܝܢܐ ܕܡܬܩܪܐ. ܘܥܠ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ ܘܡܫܬܠܛܢܘܬܐ ܕܐܬܟܐܝܢ ܕܒܗ: ܘܥܠ ܛܘܦܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܗܘܘ ܕܡ ܕܗܘܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܘܣܡܢܐ ܘܡܚܠܐ: ܘܥܠ ܢܩܫܐ ܐܘܟܪܣܬ ܬܗ̈ܠܐܠܗ: ܘܥܠ ܡ̈ܝܐ ܚܡܝܡܐ ܘܡܥܝ̈ܢܐ ܡܢܦܩ̈ܢܐ ܘܩܝܪܐ ܘܢܦܛܐ: ܘܥܠ ܓܢܣܐ ܕܐ̈ܝܠܢܐ ܘܦܐ̈ܪܐ ܘܙܪ̈ܥܘܢܐ: ܘܥܠ ܚܝܘܬܐ ܘܒܥܝܪܐ, fol. 282. Sex insunt capp., quorum duo tantum exstant, *a*. Quare varia volucrium genera, et unde facta sunt, et quae eorum utilitas, et quae significatio, ܡܬܠܡܝܢܐ ܓܢܣܐ ܕܦܪܚܬܐ ܘܦܘܪܫܢܗܘܢ: ܘܡܢ ܐܝܟܢܐ ܘܡܢܐ ܗܘܝܢ ܘܡܢ ܬܚܘܡ: ܘܡܢܘ ܚܘܠܡܗܘܢ, ibid. *β*. De natura terrae, de metallis, fodinis, lapidibus, gemmis, etc., ܥܠ ܟܝܢܐ ܕܐܪܥܐ ܘܡܬܠܘܬܐ ܕܒܗ ܒܟ̈ܐܦܐ ܘܡܪܓܢܝܬܐ, fol. 288. Ad calc. ܫܠܡ ܗܢܐ ܡܠܟܐ ܡܢ ܟܬܒܐ ܕܝܠܗ ܕܠ ܟܠ: ܐܘܟܝܬ ܗܢܐ ܗܘ ܕܠ ܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܢ ܕܩܢܝ ܚܘܫܒܐ ∴ Explicit pars haec exigua libri Causae Omnium Causarum, qui totus ejus in nostro exemplari titulus est. [Hunt. 123.]

179.

Codex chartaceus in quarto, ff. 186 constans, e duobus tomis compactus, sed ambo, ut opinor, ejusdem diaconi Mansuris manu, circa A. C. 1570, partim Arabice, partim Carshunice scriptus. Insunt;

Opuscula quaedam medica, astrologica, magica.

1. Tractatus de re medica, Carsh., cujus scriptor Zaineddin Mohammed Ibn Ahmed, medicus Halebensis.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܠܗ ܐܠܪܚܡܢ ܐܠܪܚܝܡ... ܟܬܐܒ ܐܠܣܥܐܕܗ والاقبال ❀ In nomine Dei clementis misericordis ... Liber Felicitatis et Fortunae Secundae[a]. De re medica, في علم الطب, tractat. In Hadji Khalfae Lexico a G. Flügelio edito, scriptoris nomen non datum est, et libri الشفا compendium esse dicitur. In codice autem Bodleiano fol. 524, auctor celebratur Zaineddin Mohammed Ibn Ahmed medicus Halebensis, Ob. A. H. 537, et compendium esse operis منهاج الدكان tradit medicus Damascenus, الطبيب الدمشقي. Cf. notas quas ad Cat. Cod. Or. Bodl. scripsit cl. Pusey, ii. 563.

2. Testamentum Zarkallah sapientis ad filium suum, Carsh., وصية زرق الله الحكيم لابنه, fol. 55.

3. Modus saponis faciendi, صنعة عمل صابون, fol. 57.

4. Abu'lkasem de hominis compositione, Arab., fol. 58.

Tit. فصل في تركيب الانسان وما يختص به علي ممر الزمان ∴ قال الحكيم والشيخ ابو القاسم احمد بن العراقي مولف هذا الكتاب ❀ Sectio de hominum compositione, et quid iis proprium per temporis transitum manet. Scripsit senex sapiens Abu'lkasem Ahmed Ben Aliraki. Multa insunt ex Galeno. Ad calc. تمت بعون الله تعالي علي يد الفقير منصور من سنة ٩٧٨ في شهر رجب والحمد لله ❀ Explicit ope Dei summi manu pauperis Mansuris, A. H. 978, C. 1570, in mense Rajab. Et Deo gloria.

5. Zaineddin de artibus praestigiatorum, Carsh., fol. 73.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܠܗ ܐܠܪܚܡܢ ܐܠܪܚܝܡ ܢܟܬܒ ܟܬܐܒ ܟܫܦ ܐܠܐܣܪܐܪ ܐܠܡܚܬܣܠܡ ܘܗܬܟ ܐܠܐܣܬܐܪ ܐܠܡܚܬܣܠܡ ܥܠܝ ܐܠܐܢܗ ܐܠܐܚܠܦ

[a] Summa incuria scriptus est; in solo enim titulo duo errores exstant sc. ܐܠܪܚܡܢ et ولاقبال, pro ܐܠܪܚܡܢ et الاقبال.

ܐܡܘܐܠܗܡ ܒܐܠܒܐܛܠ ܘܐܠܡܟܪ ܘܐܠܚܝܠ ܬܐܠܝܦ ܐܠܐܡܐܡ ܐܠܐܘܚܕ ܙܝܢ ܐܠܕܝܢ ܥܒܕ ܐܠܪܚܝܡ ܐܒܢ ܥܡܪ ܐܠܕܡܫܩܝ ܐܠܡܠܩܒ ܒܐܠܚܘܪܐܢܝ ܀ In nomine Dei clementis misericordis scribemus Librum Detectionis Arcanorum Praestigiatorum, de eorum artibus qui praestigiis in homines utuntur, ut per mendacia et dolum et fraudem opes eorum devorent: scripsit Imamus Alahad Zaineddin Abd'alrahim Ibn Omar Damascenus, cognomine Alhurani.

Hujus operis mentionem facit Hadji Khalfa, Lex. No. 10672, ubi scriptorem adpellat الاوحد, Alauhod: quae proculdubio recta scriptio est. Nomen enim الاوحد زين الدين *Unicum*, h. e. *praestantissimum religionis ornamentum* significaret.

In 30 sectiones opus divisum est, quarum quaequae unius praestigiatorum, quales sunt pseudoprophetae, principes, concionatores, monachi, doctores Judaici, etc., ordinis artes detegit. Harum sectionum tamen tantum 24 exscripsit Mansur: caeterarum titulos solum in indice dedit. Ad calc. ܘܟܐܢ ܐܠܦܪܐܓ ܡܢ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܒܐܪܟ ܥܠܝ ܝܕ ܐܠܦܩܝܪ ܡܢܨܘܪ ܒܐܣܡ ܐܠܫܡܐܣ ܐܒܢ ܐܠܐܪܟܝܕܝܐܟܢ ܪܙܩ ܐܠܠܗ ܐܠܚܟܝܡ من سـ٨٨١ـنـت ܡܢ ܗܢܘ ܐܦܦ ܀ Finis hujus libri benedicti factus est manu pauperis Mansuris, nomine diaconi, fil. archidiaconi Rizkallah, sapientis, A. Gr. 1880[b], C. 1569.

6. Liber de sphaera coeli, de zodiaci signis, denique de septem climatibus, Carsh., fol. 109.

Tit. ut in praef. exstat, : ܓܪܐܝܒ ܐܠܥܠܘܡ ܘܡܠܚ ܐܠܥܝܘܢ ܀ Raritates doctrinarum, et deliciae oculorum facetae. In Hadji Khalfa sec. editionem Flügelii nullus hujus operis scriptor commemoratus est: in cod. tamen Bodleiano scripsisse dicitur عبد الغني بن الشيخ حسام الدين احمد الشهير بابن العرياني المصري ۞ Abd'algani Ibn Alsheikh Hosameddin Ahmed, vulgo Ibn Aluryani Almisri. In colophone idem Mansur se opus A. Gr. 1882, C. 1571 exscripsisse dicit.

7. Liber sortium (فال) per nomina, qualia sunt Adam, Abel, Noah, Idris qui idem Enos, Abraham, Samuel, Isaac, Jacob, Joseph, David, Jonas, Lokman, Kheder qui idem Elias, Moses, Aharon, Isa qui idem Dñs noster, et Iblis qui etiam Satanas, fol. 147. In colophone idem annus commemoratur.

8. Signorum zodiaci descriptio ad computandos horoscopos, fol. 158.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܠܗ ܐܠܚܝ ܐܠܐܙܠܝ ܀ ܢܟܬܒ ܟܬܐܒ ܛܐܠܥ ܐܠܡܘܠܘܕ ܘܗܘ ܐܟܬܨܐܪ ܐܠܐܬܢܝ ܥܫܪ ܒܪܓ ܠܠܪܓܐܠ ܘܐܠܢܣܐ ܀ In nomine Dei viventis, sempiterni, scribemus Librum Adscensionis Nativitatis, sive Descriptio duodecim signorum zodiaci, pro hominibus et mulieribus. Ad calc. idem annus Gr. 1882.

9. Amuleta, سحر ܐܠܐܚܒܐܒ, qualitates lunae et solis, ܢܚܘܗ ܡܢܐܙܠܗ ܘܚܣܐܒܗ, et caetera hujusmodi, fol. 176. [Bod. Or. 68.]

180.

Codex chartaceus in quarto, ff. 201 constans, Carshunicus, charactere simplici exaratus. Insunt;

1. Abu Ma'shar de computandis nativitatibus[a], fol. 5.

[b] Quum hoc in loco numeri سـ٨٨١ـنـت certe haud ut Arabes solent a laeva, sed ut Syri a dextra manu legendi sunt, nullus dubito quin etiam supra, fol. 72, سـ٩٧٨ـنـت eodem modo exponendum est. In loco igitur anni Hej. 978 legere oportet A. Gr. 1879. Quod autem ad tempus attinet, haud multum interest. Annus enim Hej. 978, esset A. C. 1570; et A. Gr. 1879, esset A. C. 1568.

[a] In foliis quae antecedunt reperiantur: 1. Tabula zodiaci. 2. Dialogus de physionomia الفراسة. 3. Computatio qua aliquis inveniat quo die natus est, Syriace, ܬܪܥܐ ܐܚܪܢܐ ܕܡܫܟܚܢܘܬܐ. ܕܬܘܕܥ ܒܐܝܢܐ ܝܘܡܐ ܐܬܝܠܕ ܒܪܢܫܐ.

Tit. ܒܣܡ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܐܠܗ ܐܠܘܐܚܕ: ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܘܚܣܢ ܬܘܦܝܩܗ ܘܢܣܟܬܐ [l. ܢܣܟܬ] ܟܬܐܒ ܐܠܛܘܐܠܥ ܘܐܠܟܘܐܟܒ ܡܢ ܬܐܠܝܦ ܐܒܘ ܡܥܫܪ ܐܠܫܝܟ ܐܠܗܢܕܝ ✣ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Deus unius, scribere adgredimur Dei auxilio et bono ejus concursu Librum Adscensionum et Stellarum, cujus scriptor Abu Ma'shar senex Indicus. In proximo folio vocatur ܐܒܘ ܡܥܫܪ ܐܠܒܠܚܝ Abu Ma'shar Elbalhi; rectius esset ܐܠܒܠܟܝ. Nomen enim ejus revera fuit ابو معشر جعفر بن محمد بن عمر البلخي • Abu Ma'shar Ja'far Ben Mohammed Ben 'Omar El-Balchi, nobilisque fuit astronomus, A. H. 272 mortuus.

E ff. 98 constat, quorum tria ܐ. ܒ. ܓ. ad libri finem quaerenda sunt, unum autem inter ܝܒ et ܟܗ omisit scriba, qui caeteris numeros Syriacos adposuit. Ultimum folium igitur numerum ܨܙ 97, pro ܨܚ 98 fert. Denuo autem numeravit nescio quis, sed folio ܗ numerum 3 dedit, et fol. ܘ omisit, unde fol. ult. numerum fert 95.

2. Computationes de zodiaco, cum tabulis. E ff. 18 constant, nullo ordine dispositis, et sursum deorsum compactis.

3. Liber Arenae[b], ܟܬܐܒ ܐܠܪܡܠ, fol. 110.

4. Alius Arenae, h. e. Geomantiae Liber, ab eximio sene Tamtam Indico compositus, ܟܬܐܒ ܐܠܪܡܠ ܡܢ ܬܐܠܝܦ ܐܠܫܝܟ ܛܡܛܡ ܐܠܗܢܕܝ ܐܠܡܥܪܘܦ ܒܐܠܚܟܝܡ ܐܠܗܢܕܝ, fol. 168. In hoc tractatu testem advocat Danielem prophetam, ut verba ejus ad hoc temporis per filios Adam et filias Evae tradita sunt, فيه استشهد من اقوال دانيال النبي: وقد تفرع من ذلك الزمان الي زماننا علي اولاد ادم وبنات حوا ✿. Ad calc. Index. [SELD. SUPER. 14.]

[b] Arabes رمل *Raml* vocant arenae genus, cujus multus in geomantia usus; unde ipsam Geomantiam علم الرمل *arenae scientiam* adpellant. In hac arena multas lineas inaequales ducunt, super quas puncta quaedam disponunt, et secundum haec puncta res futuras praedicere profitentur. Liber Arenae igitur tractatus est de hujus Geomanticae artis regulis. Dispositio linearum et punctorum delineata est in ff. 121, 132, 140, 141, 160, etc.

181.

Codex chartaceus in quarto, ff. 249 constans, partim Carshunice, partim Arabice exscriptus. Insunt;

1. Adversaria Syriace, Carshunice, Arabice scripta. Insunt excerpta ex evangeliis, preces, notitiae de jejuniis, quo anni mense evenerunt, remedia medica, astrologica, nomina linearum, quibus in geomantia الرمل utuntur, et alia hujusmodi, nullo ordine, foeda manu scripta. Prior annus cujus mentio fit est ܐܬܥܓ, sc. A. Gr. 1873, C. 1562; ultimus ܐܨܝ, A. Gr. 1910, C. 1599. Post caeterum librum haec adversaria scripta esse opinor.

2. Liber Arenae, sive Geomantiae. Scripsit Abdallah Elzenathi Elshami, Carsh., ܟܬܐܒ ܐܠܪܡܠ ܬܐܠܝܦ ܐܠܡܥܠܡ ܥܒܕ ܐܠܠܗ ܐܠܙܢܐܬܝ, fol. 43.

3. Abu Ma'shar Elbalchi de stellarum adscensionibus, h. e. de horoscopis, Carsh., ܟܬܐܒ ܐܠܛܘܐܠܥ ܡܢ ܩܘܠ ܐܒܘ ܡܥܫܪ ܐܠܒܠܟܝ, fol. 69. Praefixa est nota de modo nativitatis computandae secundum stellam in qua quisque natus est, ܡܥܪܦܬ ܡܘܠܕܐ ܕܐܒܘ ܡܥܫܪ ܕܟܘܟܒܐ ܕܒܗ ܐܝܢ ܕܡܬܝܠܕ ܒܗ ܟܘܟܒܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܟܠܢܫ. In duas partes divisus est, quarum prima, اولا طالع الرجال, de virorum horoscopis, ibid.: secunda, طوالع النسا, de mulierum horoscopis, fol. 80.

4. Sortes Arenae; scripsit Abdallah Elzenathi, Carsh., fol. 90.

Tit. ܟܬܐܒ ܥܦܠ ܗܝ ... ܐܝܢ ܗܝ ܣܥܕ ܗܘ ܣܥܝܕ. ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܠܗ ܘܢܟܬܒ ܩܘܪܥܗ ܐܠܪܡܠ ✣ Natura figurae beatae: ubi virtus, ille beatus. Dei auxilio scribere adgredimur Arenae sortes. Ad calc. ܬܡܬ

ܬܡܬ ܐܫܟܐܠ ܐܠܩܘܪܥܐ ܡܢ ܟܬܐܒ ܐܠܪܡܠ ܥܠܐ ܪܐܝ ܐܠܙܢܐܬܝ ܘܐܠܚܡܕ ܠܠܗ ܘܚܕܗ ܐܡܝܢ ܀ Explicit. figurae sortium e Libro Arenae secundum mentem Elzenathi: et laus Deo unico, Amen.

5. Testimonia, ܐܠܫܗܐܕܐܬ, de re eadem, Carsh., fol. 97. Ad calc. tabulae pro computatione festorum, Syriace.

6. Liber Arenae in tres partes divisus: scripsit idem Abdallah, Carsh., ܟܬܐܒ ܐܠܪܡܠ ܐܠܡܩܣܘܡ ܡܢ ܬܠܬܗ ܐܩܣܐܡ ܬܨܢܝܦ ܐܠܡܥܠܡ ܥܒܕ ܐܠܠܗ ܘܗܘ ܐܠܡܩܐܠܐܬ ܐܠܟܒܝܪ, fol. 110. Ad calc. variae notitiae, imprimis de geomantia, sed etiam de aliis rebus, inter quas, fol. 153, commemoratur controversia, quae A. C. 1539 apud Hierosolyma orta est de festo Resurrectionis. Maronitae enim et Jacobitae, المورانة واليعاقبة, die mensis Nisan 13, Graeci autem et Coptae et Habessini, الروم والقبط والحبش, die Nisan 6, festum celebrare oportere dixerunt. Errasse autem dicit Graecos, non intellecto quod nonagesimo quoque secundo anno يصير المخبط ويطبع الحساب.

7. De remediis morborum, quae e variis animalibus quaeruntur, ܡܢ ܡܢܐܦܥ ܐܠܚܝܘܐܢܐܬ, fol. 153.

8. Sortilegium de aegroto, de fuga, de re amissa, Syr., ܡܛܠ ܟܪܝܗܐ. ܘܡܛܠ ܥܪܘܩܐ. ܘܡܛܠ ܡܕܡ ܕܐܬܓܢܒ, fol. 161.

9. Oratio contra malum oculum, Syr., ܨܠܘܬܐ ܡܛܠ ܥܝܢܐ ܒܝܫܬܐ, fol. 162.

10. Calculatio de aegrotis, utrum vivent vel morientur, Syr., fol. 163.

11. Computatio qua dignoscatur in quo zodiaci signo sol cursum habeat, Syr., ibid. It. planeta, ibid.

12. De stellarum positionibus, Carsh., ܡܥܪܦܗ ܐܚܘܐܠ ܐܠܟܘܐܟܒ, ibid.

13. Varia, sc. Locutio Danielis prophetae; ratio qua dignoscatur, utrum vera sit de alicujus morte fama; Verba Dñi nostri in cruce septem, fol. 165.

14. Danielis sapientis prognostica, Carsh., ܡܠܚܡ ܕܐܢܝܐܠ ܐܠܢܒܝ, ibid.

15. Medica quaedam, Carsh., fol. 171.

16. Doctrina mysteriorum, de qualitatibus stellarum et zodiaci signorum, Carsh., ܗܘ ܥܠܡ ܐܠܐܣܪܐܪ. ܠܟܘܐܟܒ ܐܠܣܒܥܗ ܘܐܠܒܪܘܓ, fol. 189. Ad calc. brevia quaedam excerpta.

17. Index festorum, quae singulis mensibus celebrantur, fol. 197.

18. Alphabetum Bardesanis, fol. 203. Varia excerpta sequuntur, inter quae اشكال الرمل Geomantiae figurae.

19. Descriptio duodecim zodiaci signorum, Syr., fol. 218. Ad calc. ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬ. ܘܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ.. ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ In anno Gr. 1866, C. 1555: et Deo gloria sempiterna, Amen.

[SELD. SUPER. 15.]

182.

Codex bombycinus in folio, ff. 285 constans, charactere simplici, binis columnis, A. D. 1530, luculenter exaratus. Inest;

Jesu Bar-Ali, medici et philologi insignis[a], Lexicon Syriacum, plerumque cum duplici

[a] De ejus vita Assem. B. O. iii. i. 257 haec notat: "Josue seu Isa, filius Ali, medicus et philologus, sub Enos et Joanne patriarchis claruit circa annum Christi 885 etc." De ejus Lexici codicibus recte jam vidit Gesenius in dissertatione sua "De Bar-Alio, et Bar-Bahlulo, Lexicographis Syro-Arabicis," 4°. Lipsiae, 1834, "multa inesse quae neque scripsit Bar-Ali, neque etiam ejus saeculi sunt: mos enim fuit apud scribas ea subinde addendi, quae deesse viderentur." Evenit igitur ut codices nostri Hunt. xxv, Poc. clxvii, multa quae Abrahami diaconi sunt, multa etiam aliorum, exhibeant: immo in Hunt. xxv. nonnulla sunt Bar-Serushvaei: sed Hunt. clxiii, Marsh. clxxii, cclxxi, qui multo breviores sunt, textum fortasse ipsius Bar-Ali conservent. Ad nostrum usum tamen summi pretii est Hunt. xxv; insunt enim omnia quae in caeteris codicibus, et multa, quae neque in illis, neque in ipso Bar-Bahlul exstant.

interpretatione, altera Syriaca, altera Arabica Carshunice scripta. Ubicunque opus fuit addita sunt vocalia, et in punctis Kushoi et Ruchoch adponendis summa adhibita est diligentia. Ordinem tamen sequitur ineptissimum, qui verba non sub radicibus, sed sub literis initialibus digerit: unde factum est ut futura sub ܢ, infinitiva sub ܡ, Ethpeel etc. sub ܐ, et caetera simili modo quaerenda sunt. Vocabula etiam Graeca plerumque sub ܐ disposita sunt, confuso cum ipso nomine articulo Graeco, e. g. ܐܘܝܘܣ, h. e. ὁ υἱός, etc.[b]

Tit. Syriace et Arabice, binis columnis, scriptus: ܒܚܝܠܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܘܩܕܝܫܬܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܟܬܒܝܢ ܠܠܟܣܝܩܘܢ ܐܘܟܝܬ ܦܘܫܩ ܡ̈ܠܐ ܫ̈ܚܝܩܬܐ ܣܘ̈ܪܝܝܬܐ ܘܝ̈ܘܢܝܬܐ ܘܡ̈ܠܐ ܒ̈ܪܝܬܐ ܡܕܡ ܡܕܡ ܕܡܫܬܟ̈ܚܝܢ ܒܟ̈ܬܒܐ ܡܢ ܒܣܝܡܘܬܐ ܠܦܫ̈ܩܐ ܘܡܢ ܝܘܢܝܐ ܠܣܘܪܝܝܐ. ܘܡܢ ܣܘܪܝܝܐ ܠܥܪܒܝܐ. ܕܐܠܦܒܝܬܐ ܛܟܣܐ ܟܢܫܘ ܟ̈ܢܘܫܝܐ ܕܡܚܬܡ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܥܠܝ ܐܣܝܐ ܘܠܚܢ ܚܢܝܢ ܘܝܫܘܥ ܡܪܘܙܝܐ ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ ܘܡܢ ܡܪܝܐ ܫܐܠ ܐܢܐ ܥܘܕܪܢܐ ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܕܐܫܪܐ ܐܫܪܝ ܘܐܫܠܡ ∴ Ope Trinitatis gloriosae sanctae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, scribimus Lexicon, sive Expositionem Vocum Usitatarum Syriacarum et Graecarum, necnon anomalarum[c], quaecunque in libris reperiantur; in quo quae difficiles sunt in faciles, quae Graecae sunt in Syriacas, quae Syriacae sunt in Arabicas vertuntur, additis etiam etymologiis. Collegerunt Jesus Bar-Ali medicus, et doctor noster Honainus[d], et Jesus Maruzaeus[e] secundum ordinem alphabeticum. Opem a Dño et auxilium peto ut et incipiam et perficiam.

Excipit praefatio, Arabice et Syriace,

[b] In primo folio variae exstant inscriptiones, quarum in praecipua commemoratur emptio hujus codicis A. Gr. 1843, C. 1532 a presbytero No'mat Allah, ܢܥܡܬ ܐܠܠܗ, ex urbe Mosul, de monacho Atallah, عطالله, pretio octo nummorum aureorum ܡܨܪܝܐ ܐܫܪܦܝܬ ܬܡܢܝܐ ܡܬܩܠܐ ܕܗܒܐ. Caeterae notulae sunt, eos commemorantes, qui aut codicem possederunt, aut in eo legerunt.

[c] Vox Syriaca ܒܪ̈ܝܬܐ, quam perperam in dissertatione sua scribit Gesenius ܒܪ̈ܝܬܐ, minime ut vult vir ille clarissimus *vocabula peregrina* significat, sed *irregularia, anomala.* Confiteor quidem apud Bar-Hebraei Grammaticam, cui nomen Liber Splendorum, exstare glossam, ܗ̄ ܒܪܝܐ ܒܪܝܐ, sed quid reapse vult ex exemplo patet. Dicit enim foem. ܐܡܬܐ ex masc. ܐܡܐ esse ܒܪܝܐ; sed certe ܐܡܐ vocabulum peregrinum nullo modo possit esse, quamvis contra foeminei generis regulas formatur: ܒܪܝܐ igitur non *peregrinum* valet, sed *contra regulam, abnorme.* In alio loco dicit Bar-Heb. ܫ̈ܡܗܐ ܒܪ̈ܝܐ talia esse qualia ܐܚ, ܚܡ; et alibi etiam pro exemplis dat ܐܪܐܪ et ܒܒܐ, quorum certe ܚܡ et ܐܪܐܪ vocabula peregrina sunt, sed ܐܚ et ܒܒܐ Syriaca; hoc tamen minime in mente habuit Bar-Heb., sed quod omnia contra linguae Syriacae normam formantur. Denique ne vocem quidem ܒܪܝܐ *peregrinum* significare concedere velim: in ipsa enim praefatione inter se opponuntur, non ܒܪܝܬܐ et ܝܘܢܝܬܐ, quod exspectaveris, sed ܒܪܝܬܐ et ܫܚܝܩܬܐ *vocabula extraordinaria* et ea quae *solitam loquendi normam* sequuntur.

[d] Abu Said Honain ben Isaac, medicus Bagdadensis celeberrimus ex gente fuit Obaditarum, Arabum Nestorianorum, oriundus ex civitate Hira, patre pharmacopola. Medicinae discendae cupidus Bagdadum se contulit, ibique discipulus Joannis ben Mesve factus est, qui crebras ejus percunctationes moleste ferens eum domo sua expulit. Discessit ergo Honain, et in provinciis Graecis per biennium linguae Graecae addiscendae librisque Graecis conquirendis operam dedit: dein in Persidem profectus Bassorae Chalili ben Ahmed familiaritate usus est, donec linguae Arabicae peritia excelleret: denique Bagdadum reversus mox admirationem Gabrielis ben Bochtischua archiatri excitavit, et ab eo ܪܒܢ, i. e. magister s. doctor salutatus est, quo titulo honorifico inde ab eo tempore paene κατ' ἐξοχήν appellatus est. Ges. in Dissert. de B. Alio etc.

Passim laudatur a Bar-Bahlul, qui saepe plene scribit حنين, saepius ܪܒܢ eum vocat.

[e] De hoc nomine gentilicio vix scio quomodo Gesenio dissentiam, qui Marvazitam eum scribit, ab urbe ܡܪܘ Maru, Chorasanae metropoli, oriundum. Quum tamen in hoc nostro codice vocalia ad vocem ܡܪܘܙܝܐ ita adponuntur, ut Maruzaeum efficiant, ejus auctoritatem potiorem habui. De eo nihil certum ferunt historiae: recte enim Gesenius Assem. B. O. iii. i. 438 eum cum medico ejusdem nominis, qui A. C. 567 floruit, confundentem improbat. Semper sub eadem formula eum citant Bar-Ali, et Bar-Bahlul, qui eum plerumque post caeteros laudat, dicens, وزاد المروزي *et addit Maruzaeus.*

summa incuria exarata: unde me ad Cod. Hunt. clxiii. contuli, ubi multo adcuratius exstat. Ut integram exscribam vix opus est, quum typis expressa apud Gesenium omnibus jamdudum innotuit. Quod ad sensum attinet, scriptor se una cum Abraham quodam multum in libris legendis tempus trivisse, dicit; Abraham autem, quotiescunque aliquid difficilius occurreret, sedulo a se expositionem petiisse, modo ut vocem Arabicam Syriace explicaret, modo Syriacam Arabice, denique ut vocabula inusitata usitatioribus interpretaretur: unde factum esse, quod sibi in mentem venerit, lexica jamdudum ab Honaino et Jesu Maruzaeo digesta sibi comparare. Quum autem Abraham de hac re certiorem fecerit, respondisse, multum se in utroque libro volvendo versatum esse; Honaini opus quidem bene digestum esse et magnae eruditionis, lexicon autem Maruzaei methodo plane carere: ambo autem etiam in vocibus usitatis exponendis multum inter se discrepare, neque aliquem certum sensum praebere. Enixe igitur petisse, ut ea examinaret, et in unum colligeret, additis iis quae usui forent, et quae aut a libris legendis, aut a magistro, et aliis viris doctis, bene nota haberet; praesertim quae loca in Sacris Scripturis difficiliora explicarent. Se autem quamvis operis magnitudine perterritum, et rebus mundanis implicitum, minime amicum rogantem rejecisse, sed quum aliquid otii concessum sit, quantae utilitati opus esset perpensum, Dei auxilio fretum pro virili enisum esse, ut omnia secundum ordinem alphabeticum digereret. Preces tandem se omnes, qui hoc suo labore levarentur, rogare; et monere, ut ipsi etiam posteris prosint, ea addendo, quae deessent.

Hanc praefationem excipit Abraham diaconi πληροφορία, h. e. *nota additionalis*, qua se ex hujus admonitionis sententia, multa addidisse dicit. Quam sequitur ܬܘܣܦܬܐ ܕܗܘܦܪܐ, *nota explicativa*, in his verbis; "Scias praeterea multos scribas [f] Syriacos orientales—sc. Nestorianos, et occidentales—sc. Jacobitas et Maronitas, de vocibus aequivocis agere, quales erant Jesus Bar-Nun, Honainus Bar-Isaac, Josephus Huzita, et Eudochus: quos omnes dilucidavit pater noster beatus mafrianus Mar Gregorius Bar-Hebraeus, cui nos consentimus." Denique ܗܘܦܪܐ, *nota*, de Bar-Bahlul lexico, sc. ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܕܒܪ ܒܗܠܘܠ ܣܦܪܐ ܡܗܝܪܐ ܕܗܘ ܡܢ ܗܪܣܝܣ ܕܢܣܛܘܪܝܢܘ: ܕܗܘܐ ܒܒܒܠ ܐܡܕܝܢܬܐ ܕܚܝܠܬܐ ܒܥܘܫܢܐ ܘܡܕܝܢܬ ܫܠܡܐ ܀ Lexicon Bar-Bahlul, scribae periti, qui fuit de haerese Nestorianorum, factum est in Babel (Bagdado) civitate fortitudinis et urbe pacis.

Patet igitur scribas minime in animo habuisse textum lexici, quod Bar-Ali conscripsit, ad verbum exhibere, sed undique omnia quae ad voces Syriacas explicandas usui essent, congerere. Unde exemplaria quinque, quae in Bibl. Bodl. conservantur, omnia multa exhibent, quibus caetera carent.

Operae forte pretium sit addere lexica Bar-Ali et Bar-Bahlul monumentis esse splendoris Abassidarum, qui novam urbem Bagdadum, regnumque florentissimum, artibus, doctrina, philosophia ornare voluerunt. Multo igitur in honore apud eos erant quicunque Graecarum literarum periti, libros Aristotelis, Platonis, Hippocratis, Galeni, caeterorumque Graecae scientiae principum Arabice vertere potuerint. Jamdudum autem totius Graecae doctrinae versi-

[f] Vertit Gesenius *libros*, sed codex diserte non ܣܦܪ̈ܐ cum ܟܬܒ̈ܐ, sed cum ܐܣܦܪܐ. Quoad caetera ejus verbis saepe usus sum.

ones Syriacae exstabant, et Syri Nestoriani, propter haeresin a patria expulsi, artemque medicinae per totum orientem exercentes, literarum Graecarum, Syriacarum, Arabicarum jam fama floruerunt. Pluribus igitur ex his ampla stipendia ex aerario erogata sunt, ut Syriacas Graecorum librorum versiones Arabico sermone donarent. Orta est igitur lexicorum necessitas, et multi exstiterunt, qui in suos usus glossaria, ܠܟܣܝܩܘܢ̈ ܕܡܦܫܩܢܘܬܐ, compilaverunt: apud quos maximus fuit Hhonaini et Maruzaei honos. Mortuo tandem Hhonaino A. D. 873, Bar-Ali exeunte saeculo nono lexicon suum compilavit, quod omnibus post eum lexicographis quasi fons et norma esset: nec immerito; quamvis enim plura congessit Bar-Bahlul, equidem tamen diu in his lexicis versatus, auctoritatem Bar-Ali pluris facio.

Raro tamen quae ipsi sentiant adferunt, sed glossas aliorum, nullo ordine, nullo consilio colligunt. Ubi aliquid ipsi adferunt, formula usitata est واقول: saepius interpretationem ut dubiam formula زعم notant. Multum sane in suum lexicon laboris impertiit Bar-Bahlul, et in locis difficilioribus saepe ad Eliam Nisibenum (cujus Nomenclatorem vide infra), qui id temporis vivebat, se contulisse dicit, وسالت ابن سينا, nec spem ejus unquam Elias fefellit. Quum autem hae Graecorum librorum versiones vocabulis Graecis, quae ut difficiliora reliquerunt interpretes, scatuerunt, magna horum lexicorum pars in iis vertendis posita est: quae a scribis, literarum Graecarum ignaris, tam in transcribendo depravata sunt, ut nihil corruptius inveniatur.

Codex hic noster praeter Sacras Scripturas et Didascaliam laudat Antonium rhetorem, Babaeum, Bar-Honainum, Barsumam, Cyrillum, Dionysium Bar-Salibaeum, Evagrium, Georgium, Ephraimum, Gregorium Nyssenum, Gregorium Theologum, Isaac Syrum, Jacobum Edessenum, Jesujabum, Joannem Constantinopolitanum, Joannem Hermeta, Janam mafrianum, Mosem Bar-Cephae, Nilum abbatem, Proclum, Sergium Rhesinensem, Severum Antiochenum, qui omnes diacono Abraham, plerophoriae supra scriptae auctore, vel antiquiores vel aequales erant: inter recentiores laudat Ananjesum Bar-Serushvai, Chamísium, Eliam Nisibenum, Joannem Bar-Maadani, Gregorium Bar-Hebraeum.

Ad calc. Colophon; ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܒܐܝܕܝ̈ܐ ܠܐ ܕܟܝ̈ܬܐ ܕܓܒܪܐ ܥܪܘܪܐ ܘܫܠܝܐ: ܒܫܡ ܕܝܪܝܐ. ܕܠܐ ܒܥܒܕܐ ܀ ܡ̅ ܥܛܠܐ. ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܐܠܝܐ: ܘܫܠܡܬܗ ܐܢܐ ܡܣܟܝܢܐ ܒܙܒܢܐ ܡܪܝܪܐ ܒܫܢܬ ܐܢܡܐ̅ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܀ ܒܕܝܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܬܩܪܐ. ܕܡܬܩܪܝܐ ܢܛܦܐ: ܘܡܪܝ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܀ ܀ Explicit auxilio Dñi Liber Lexici, manibus impuris viri ignavi, miseri, imbecillis, nomine monachi, sed facto minime, diaconi Atallah e pago dñi Mar Eliae. Ego miser eum absolvi in tempore miserrimo, A. Gr. 1841, C. 1530, in coenobio Deiparae quod Nataphа vocatur, et Mar Theodori.

Excipit enumeratio vocum quae Syriace per ܫ et Arabice per ش, vel Syr. per ܣ et Arab. per س scriptae sunt.

Denique tres epigraphae, quarum prior Carsh.; ܐܠܡܓܕ ܘܐܠܫܟܪ ܘܐܠܐܟܪܐܡ ܘܐܠܐܥܬܘܪ ܐܠܐܒ ܘܐܠܐܒܢ ܘܐܠܪܘܚ ܐܠܩܕܣ ܐܠܗ ܘܐܚܕ ܀ ܬܡ ܘܟܡܠ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܫܪܝܦ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܥܒܪܐܢܝ ܐܠܡܣܡܐ ܀ ܦܝܗ ܢܚܘ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܝܗ ܘܐܪܒܥܝܢ ܟܠܡܗ ܣܘܪܝܐܢܝܗ. ܡܬܪܓܡ ܥܠܝ ܐܠܬܦܣܝܪ ܥܠܝ ܐܠܬܦܣܝܪܗ. ܐܡܐ ܦܠܠܗ ܀ ܘܟܬܒ ܗܕܐ ܦܝ ܕܝܪ ܐܠܡܠܐܝܟܗ ܕܝܪ ܐܠܩܕܝܣܗ ܐܠܛܐܗܪܗ ܡܪܬ ܡܪܝܡ ܘܐܠܫܗܝܕ ܐܠܡܥܠܡ: ܘܐܠܩܕܝܣ ܡܪܝ ܬܐܘܕܘܪܘܣ

[l. ܬܐܙܪܘܗ] ⁘ ܦܝ ܐܝܐܡ ܐܠܐܒ ܐܠܡܥܛܡ
ܡܐܪ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܒܛܪܝܪܟ ܐܢܛܐܟܝܗ.
ܐܠܡܥܪܘܦ ܒܛܪܝܪܟ ܥܒܕ ܐܠܠܗ. ܐܠܪܒ ܝܥܛܡ
ܟܪܣܝܗ ܘܝܪܦܥ ܫܐܢܗ ܦܝ ܐܪܒܥ ܐܩܛܐܪ
ܐܠܐܪܛ ܐܡܝܢ ⁘ ܘܟܬܒ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ
ܥܛܐܠܠܗ ܒܐܣܡ ܪܐܗܒ. ܠܐ ܒܐܠܦܥܠ.
ܐܠܓܪܝܩ ܦܝ ܒܚܪ ܐܠܚܛܝܗ ⁘ ܘܝܛܠܒ ܡܢ
ܕܟܪ ܐܠܐܒܘܗ ܐܠܕܝܢ ܗܡ ܣܐܟܢܝܢ ܡܥܢܐ
ܦܝ ܐܠܕܝܪ ⁘ ܐܘܠ ܓܡܝܥܢܐ ܪܒܢ ܝܥܩܘܒ
ܫܝܟ. ܐܠܫܝܟ ܐܠܡܒܪܟ. ܐܠܐܒ ܐܠܡܥܛܡ.
ܐܠܫܝܒܗ ܐܠܒܗܝܗ ܐܠܓܠܝܠܗ ܐܠܡܟܪܡܗ.
ܘܗܘ ܡܥܠܡ ܓܡܝܥܢܐ ܐܠܦܗܝܡ ܐܠܥܐܪܦ
ܦܝ ܐܠܪܘܚܐܢܝܐܬ. ܐܠܡܐܗܪ ܦܝ ܬܐܘܪܝܐ
ܐܠܐܠܗܝܗ ܐܠܡܬܐܠܦ ܦܝ ܐܠܬܦܣܝܪ ܘܐܠܬܦܗܝܡ
ܐܠܪܘܚܐܢܝ. ܐܠܪܒ ܝܥܛܝܗ ܐܓܪܗ ܬܥܒܗ
ܡܥܢܐ. ܐܢ ܫܐ ܦܝ ܡܣܐܟܢ ܐܠܢܘܪܐܢܝܗ
ܡܥ ܐܠܣܪܐܦܝܘܢ ܘܐܠܐܒܐ ܐܠܩܕܝܣܝܢ
ܐܡܝܢ ⁘ ܘܪܒܢ ܐܣܛܦܐܢܘܣ. ܘܪܒܢ
ܐܠܝܐ: ܘܪܒܢ ܥܝܣܝ: ܘܪܒܢ ܥܒܕ
ܐܠܠܗ: ܘܪܒܢ ܝܘܣܦ. ܘܫܡܐܣܗ ܐܦܪܝܡ.
ܘܚܒܝܒ ܦܐܢܗ ܦܩܝܪ ܡܣܟܝܢ ܒܥܒܕܐܠ ⁘
ܘܐܡܗܐܬ ܐܠܐܟܘܗ ܪܒܢ ܥܝܣܝ ܘܪܒܢ
ܥܒܕ ܐܠܠܗ ܘܐܦܪܝܡ. ܠܗܡ ܡܥ ܫܪܐܟܗ,
ܘܬܥܒ ܬܥܒܝ ⁘ ܐܠܪܒ ܝܟܐܦܝܗܡ ܦܝ
ܡܠܟܘܬ ܐܠܠܗ ܒܬܠܬܝܢ ܘܣܬܝܢ ܘܡܐܝܗ
ܘܣܬܝܢ ܘܡܐܝܗ ⁘ ܘܪܓܐܝ ܡܢ ܟܠ ܐܚܕ
ܐܢ ܝܩܪܐ ܦܝ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܘܝܓܕ ܦܝܗ
ܓܠܛܗ ܝܨܠܚܗ ⁘ ⁘

Et postea ;

ܘܟܠ ܡܢ ܝܩܪܐ ܘܝܟܘܢ ܚܟܝܡ ܝܛܠܒ ܐܠܪܚܡܗ
ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܕܠܝܠ ܘܟܠ ܐܢܣܐܢ ܝܓܙܐ ܒܥܡܠܗ
ܬܓܐܙܝܗ ܡܢ ܐܠܕܝܢ ܒܐܠܚܩ ⁘

Postremo Syriace, sed ita puncta quasi Carshunice scripta sit ;

ܕܟܝܪܘܗ, ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܘܩܕܝܫܐ ܡܪܝ,
ܬܐܘܕܘܪܘܣ [l. ܬܐܘܕܘܪܘܣ] ܘܡܪܝ, ܐܠܝܐ
ܘܓܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ⁘

Laus, honos, veneratio, reverentia Patri et Filio et Spiritui Sancto, Deo soli. Absolutus et perfectus est liber hic nobilis, liber Lexici benedictus, A. Gr. 1841, secundum aeram regis Alexandri, qui Alexandriae regnabat, fil. Philippi. Scriptus est autem in coenobio Nataphae, coenobio dñae castae, Marth Mariae Deiparae, et Mar Theodori martyris: in diebus patris magni Mar Ignatii, Antiochiae patriarchae, cognomine Abdallah. Dñs thronum ejus magnificet, et famam ejus in quatuor mundi regionibus elevet, Amen. Exscripsit librum Atallah, nomine monachus, sed minime facto, in mare peccatorum immersus. Vult autem patres qui nobiscum in coenobio degunt commemorare: quorum omnium primus est praeceptor meus, Raban Jacobus, senex benedictus paterque magnus, cujus cani capilli decori, inlustres, honorati sunt: ille enim nostrum omnium praeceptor eruditus est, vir in rebus spiritalibus solers, bene in divinae naturae theoria versatus, in rebus spiritalibus interpretandis et edicendis perspicax. Dederit ei Dñs laboris ejus erga nos mercedem, si in lucido ejus erit conventu cum Serapione et sanctis patribus, Amen. Post quem commemorentur Raban Stephanus, et R. Elias, et R. Jesus, et R. Abdallah, et R. Josephus, et diaconus Ephraimus, et Abdal dilectus propterea quod pauper est: necnon matres fratrum R. Jesu et R. Abdallah, et Ephraimi, quae laboris mei vilis et infirmi participes erant. Remuneretur Dñs laborem earum in Dei regno trigesima et sexagesima et centuplici ratione. Spero denique, quod si quis in hoc libro errorem aliquem inveniat, corrigat.

Et postea ;

Quicunque in hoc libro legit, si sapiens sit, misericordiam Deum pro servo vili et infirmo rogabit: omnibus enim ab eo qui recte judicat secundum verba sua rependetur.

Postremo ;

Commemorata sit Deipara Maria, et

martyr Mar Theodorus et Mar Elias, et omnes sancti in saecula saeculorum, Amen.

[HUNT. 25.]

183.

Codex bombycinus in folio minori, ff. 205 constans, binis columnis, Arabice et Syriace, charactere simplici, A. C. 1364 a Barsuma monacho luculenter exaratus [a]. Inest;

Jesu Bar-Ali medici Lexicon Syro-Arabicum.

Tit. ܥܠ ܫܠܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ: ܟܬܒܝܢ ܠܠܟܣܝܩܘܢ ܐܘܟܝܬ ܦܘܫܩ ܫܡ̈ܗܐ ܡܬܚܫܚܢܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܘܝܘ̈ܢܝܬܐ: ܡܕܡ ܡܕܡ ܕܡܫܬܟ̈ܚܝܢ ܒܟ̈ܬܒܐ: ܒܥܣ̈ܩܬܐ ܠܦܫܝ̈ܩܬܐ: ܘܡܢ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܠܐܪ̈ܒܝܬܐ: ܕܡܟܢܫ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܥܠܝ ܐܣܝܐ ܥܠ ܐܠܦ̄ ܒܝܬ̄ ܡܬܛܟܣ ܐܒܥܐ ܡܢܟ ܐܠܗܐ ܥܘܕܪܢܐ ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ ܕܐܫܪܐ: ܘܐܫܠܡ ܀ Ope Trinitatis gloriosae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, scribimus Lexicon, sive Expositionem Vocum Usitatarum Syriacarum et Graecarum, quicquid in libris reperiatur: in quo difficiles per faciliores et Syriacae per Arabicas explicantur. Collegit Jesus Bar-Ali, medicus, ordine alphabetico. Te Deus oro auxilium et adjumentum ut incipiam et ad finem perducam.

Excipit eadem ac in codice antecedente praefatio, vocatur autem ܡܦܩ ܒܪܘܚܐ *apologia:* quam sequuntur Abraham diaconi ܦܠܘܪܘܣܘܦܪܐ, ܐܪܗܛܐ ܕܣܘܗܪܐ ܬܘܣܦܬܐ, et ܐܪܗܛܐ.

Ad calc. Colophon; ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܒܝܕ ܡܪܢ ܒܐܝ̈ܕܝܐ ܠܐ ܕܟ̈ܝܬܐ ܕܓܒܪܐ ܚܫܝܫܐ ܘܕܘܝܐ ܘܡܚܝܠܐ ܒܪܨܘܡܐ ܡܢ ܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܓܒܪܐܝܠ ܕܫܡܗ ܕܝܪܝܐ: ܫܢܬ ܐܚܥܗ ܕܝܘ̈ܢܝܐ: ܐܝܟ ܫܐܠܬܗ ܕܩܢܝܐ ܛܘܒܢܐ ܘܡܒܪܟܐ ܪܒܢ ܥܒܕܐܠܠܗ ܕܗܘ ܫܐܠ ܡܢ ܡܚܝܠܘܬܢ ܕܢܟܬܘܒ ܗܢܐ ܕܒܐܝܕ̈ܝܗ ܐܒܗ̈ܬܐ: ܘܐܢ ܬܫܟܚܘܢ ܛܥܝܘܬܐ ܬܪܨܘ ܐܝܟ ܚܟܡܬܟܘܢ ܐܘ̄ ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܡܦ̈ܓܥܝܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܠܚܕ ܓܝܪ ܡܫܡܠܝܘܬܐ ܕܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ ܀ Explicit. Liber Lexici per Dñi nostri auxilium manibus impuris viri ignavi, miseri, infirmi, Barsumae, e coenobio Mar Gabrielis, nomine monachi, A. Gr. 1675, C. 1364, secundum petitionem possessoris beati et benedicti, Raban Abdallah, qui nostram infirmitatem rogavit ut hunc qui in manibus est librum exscriberemus. Si errorem inveniatis, corrigite secundum sapientiam vestram, O sagaces, qui in hunc librum incidatis. Uni enim soli est perfectio, cui gloria in saecula saeculorum, Amen.

Catalogus vocum, quae ܫ pro ش, et ܣ pro س scribunt, fol. 205.

Bis commemorata est hujus codicis venditio, 1. In A. C. 1574; ܐܫܬܪܝܬ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܣܡܐ ܠܟܣܝܩܘܢ ܡܢ ܚܢܐ ܡܢ ܡܘܣܐ ܡܢ ܥܡܪ ܡܢ ܩܠܥܬ ܠܚܡܪܐ [l. ܐܠܥܡܪܐ]

---

[a] In codicis initio variae inscriptiones sunt, quarum praecipuae, 1°. ܒܫܡ ܡܪܝ ܀ ○ ○ ܐܝܬܘ̄ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܠܩܫܝܫܐ ܚܢܐ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܝܫܘܥ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܚܒܝܒ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܩܠܥܐ ܕ**** ܘܠܝܬ ܠܐܢܫ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܢܛܠܡ ܐܘ ܢܥܒܕ ܥܠܘܗܝ, ܒܩܛܝܪܘܬܐ ܐܘ ܒܢܟܠܘܗܝ, ܐܘ ܒܫܩܠܗ, ܐܘ ܙܒܢܗ, ܡܢ ܡܪܗ ܢܛܫܝܘܗܝ ܘܗܘܐ ܚܪܡ ܘܡܫܠܡ ܡܢ ܡܗܡܢܘܬܗ ܟܬܒ ܘܨܪܦ ܘܫܠܡ ܣܘܝܪܘܣ ܡܚܝܠܐ ܕܡܪܝ, ܐܒܝ ܀ In nomine Dñi. Hic liber Lexici ad presbyterum Annam pertinet, fil. presb. Jesu, fil. presb. Habib, ex urbe benedicta Kalaat ****: nec cuiquam a Deo concessum est ut fraude aut violentia in eum uteretur, vel auferendo, vel vendendo, vel a possessore suo abscondendo. *Si autem quis hujusmodi culpae reus sit,* anathema sit et concesso *libri legendi* jure privatus. Scripsit, exaravit, absolvit Severus vir infirmus *e coenobio* Mar Abaei. Nomen loci magna cura erasum est, et aliae in ejus loco literae scriptae, ne quis eruat. In codicis tamen fine exstat, ܐܠܩܠܥܐ ܩܠܥܬ ܐܠܥܡܪܐܬ Castrum Kalaat El-Amrat. 2°. Oratio Syriace, quum aliquis fidelium mortuus sit, recitanda.

ܒܐܠܐܣܡ ܘܠܐ ܒܐܠܦܥܠ ܪܒܢ ܚܢܐ ܐܒܢ
ܩܣ ܝܫܘܥ ܐܒܢ ܩܣ ܚܒܝܒ ܡܢ ܩܠܥܬܐܪ
ܐܠܥܡܪܐܬ ܒܡܐܝܬܝܢ ܥܬܡܐܢܝܗ ܒܫܗܐܕܬ
ܐܒܘܢܐ ܐܠܡܛܪܐܢ ܘܪܒܢ ܝܫܘܥ * * * *
ܐܢܗ ܡܢ ܐܚܕ * * * * ܐܢܗ ܡܥܗ ܠܚܕ ܦ
ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܠܐ ܝܡܣܟܗ ܘܠܐ ܝܛܠܒܗ
ܘܡܢ ܬܩܘܝ ܐܘ ܬܡܪܕ ܝܟܘܢ ܬܚܬ
ܐܠܡܠܐܡܗ ܘܐܠܬܡ [l. ܐܠܐܬܡ] ܟܬܒ
ܐܦܦܗ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܀ Emit hunc Librum Lexici presbyter Annas e presb. Simeone e pago Kalaat El-Amrat, qui nomine sed non facto est Raban Annas, fil. presb. Jęsu, fil. presb. Habib, e Castro El-Amrat, pro ducentis athmanis, cujus rei testes erant pater noster metropolita, et Raban Jesus. * * * * quod nulli licet hunc librum ab eo vel detinere vel repetere. Si quis autem audacter et contumaciter se gerat, culpae et peccato obnoxius erit. A. Gr. 1885, ibid.

2. In A. C. 1577, fol. 199, ubi idem Simeon librum iterum vendat; ܡܢ ܒܬܪ ܟܠܗܝܢ ܙܒܢ
ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܚܒܝܒܫܐ ܡܫܡܫܢܐ ܒܡܢܝܢܐ
ܕܚܡܫܐ ܕܝܢܪ̈ܐ ܡܢ ܕܝܪܝܐ ܫܡܥܘܢ ܒܪ
ܐܪܒܐ ܒܫܢܬ ܐܦܦܚ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܠܝܬ ܫܘܠܛܢܐ
ܠܐܢܫ ܕܢܫܩܘܠ ܠܗ ܐܘ ܢܙܒܢܝܘܗܝ. ܨܠܘ
ܕܡܢ ܥܠ ܚܒܝܒܫܐ ܡܪܗ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܪ ܩܫܝܫܐ
ܚܢܐ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܝܫܘܥ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܚܒܝܒ ܒܪ
ܩܫܝܫܐ ܝܫܘܥ ܒܪ ܩܫܝܫܐ ܕܘܝܕ ܒܪ ܫܝܚ
ܡܢܚܐ ܡܫܝܚܐ ܢܢܝܚ ܠܡܝ̈ܬܐ ܘܢܛܪ ܠܚܝ̈ܐ ܀
Post omnia emit hunc librum Habibsha diaconus summa quinque denariorum (aureorum) de monacho Simeone, filio Arba, A. Gr. 1888. Nulli licet librum aut vi auferre aut vendere. Orate pro Habibsha possessore ejus, fil. presb. Annae, fil. presb. Jesu, fil. presb. Habib, fil. presb. Jesu, fil. presb. Davidis, fil. Shiah Menhae. Christus mortuis requiem concedat, et vivos custodiat.

Credo eandem esse venditionem: fortasse enim prior illa in A. C. 1754 ab Anna emptio per ejus mortem nunquam rata facta est: sed tres post annos filius ejus Habibsha pecuniam solvit, unde in inscriptione illud "post omnia," quod sine sensu esset, nisi difficultas quaedam et jurgium incidisset. Pretium tamen omnino dispar est. Si enim عثماني, athmani, decem asperis aequiparet, ducenti valerent £6 5s.: sunt autem qui eum quadraginta asperas valere dicant, quibus tamen non adsentior. Quinque autem aurei denarii tantum valent £2 10s.

Denique in marg. ultimi folii commemorabatur legatio hujus codicis in A. Gr. 1938, ܡܝܢܬ ܐܟܠܝܡ; cui autem non apparet. Major enim inscriptionis pars multa violentia abrasa est. [Hunt. 163.]

184.

Codex bombycinus in folio, ff. 202 constans, binis columnis, saeculi forte decimi quinti, charactere simplici, adpositis interdum vocalibus, nitide exaratus[a]. Inest;

Jesu Bar-Ali Lexicon Syro-Arabicum.

Tit. ܒܝܕ ܡܫܬܠܡܢܘܬ ܚܝܠܐ ܘܡܥܕܪܢܐ.
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ. ܐܒܐ ܘܒܪܐ
ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܡܫܪܝܢ ܠܡܟܬܒ ܠܟܣܝܩܘܢ
ܐܘܟܝܬ ܦܘܫܩ ܡ̈ܠܐ ܚܫ̈ܝܚܬܐ. ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ
ܘܝܘ̈ܢܝܬܐ. ܡܕܡ ܡܕܡ ܕܡܫܬܟܚ ܒܟܬ̈ܒܐ.
ܡܢ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ܠܥܣ̈ܩܬܐ. ܘܡܢ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ
ܠܐܪ̈ܡܝܬܐ. ܕܡܟܬܒ ܠܝܫܘܥ ܒܪ ܥܠܝ ܐܣܝܐ.
ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ. ܡܢܝ ܥܠܝ ܐܒܝ. ܫܘܪܝܐ
ܘܡܫܘܕܪܢܐ. ܕܐܥܪ̈ܐ ܐܦ ܐܫܠܡ ܀
Ope et auxilio Trinitatis gloriosae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, confirmati, scribere adgredimur Lexicon, sive Expositionem Vocum Usitatarum, Syriacarum et Graecarum quaecunque in libris reperiantur, in quo difficiles per faciliores, et Syriacae per

[a] In libro compingendo chartae albae inter singula folia dispositae sunt, in quibus multa, forte ex ipsius Pocockii manu addita sunt.

Arabicas explicantur. Collegit Jesus Bar-Ali, medicus, et in ordine alphabetico disposuit. Te, Deus, adjumentum et auxilium rogo, ut incipiam atque etiam opus ad finem perducam.

Excipiunt praefatio et nota Abraham diaconi, quae ambae nomen ܡܩܕܡܘܬܐ ferunt.

Ad calc. Enumeratio vocum, quae ܦ pro ش, et ܫ pro س scribunt, fol. 200.

Postremo; Sermo utilis philosophi Philippi, Arab., ܡܐܡܪ ܡܦܝܕ ܠܠܦܝܠܣܘܦ ܦܝܠܝܦܘܣ, fol. 201. [Poc. 167.]

185.

Codex bombycinus crassus in folio, ff. (295 − 1 =) 294 constans, binis columnis, charactere simplici, Syriace et Carshunice adpositis punctis, A. C. 1482 exscriptus. Inest;

Jesu Bar-Ali Lexicon Syro-Arabicum.

Deest fol. primum, (vel ut equidem censeo tria priora folia,) quibus inerant titulus, et major pars praefationis.

Ad lexici calc. Colophon; ܠܐܝܩܪܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܕܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܝܢܬܐ ܒܚܕܐ ܐܝܬܘܬܐ. ܚܕ ܨܒܝܢܐ. ܚܕ ܟܝܢܐ. ܠܐ ܥܒܝܕܐ ܘܠܐ ܒܪܝܐ. ܘܠܐ ܡܣܝܟܐ. ܘܠܐ ܡܝܘܬܐ. ܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ. ܘܠܐ ܡܬܦܫܩܢܐ ܕܗ̇ܝ ܕܬܕܪܟܝܢ ܚܣܝܐ ܘܡܬܦܫܩܐ ܠܐ ܡܫܟܚܐ. ܗ̇ܝ ܕܡܢ ܠܐ ܡܕܡ ܒܪܬ ܠܒܪܝܬܐ. ܘܬܩܢܬ ܘܨܒܬܬ ܠܐܝܩܪܗ ܕܒܪܢܫܐ. ܘܚܕܬܬ ܕܢܦܠܬܐ ܕܗܢܐ ܢܚܕܬ. ܕܗܝ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܚܝܢܐ ܕܟܠ ܘܡܚܕܬܢܐ. ܓܡܪܬ ܟܠ. ܘܡܫܡܠܝܐ ܟܠ. ܒܫܘܡܠܝܗ̇ ܘܪ̈ܚܡܝܗ̇ ܣܓܝ̈ܐܐ ܠܥܠܡܝܢ ܀ ܀ ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܠܟܣܝܩܘܢ ܐܘܟܝܬ ܦܘܫܩ ܫ̈ܡܗܬܐ ܡܦܩ̈ܬܐ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܘܝܘ̈ܢܝܝܬܐ ܗ̇ܘ ܕܒܗ ܡ̈ܠܐ ܥܣ̈ܩܬܐ ܕܡܫܬܟܚܢ ܒܟ̈ܬܒܐ ܡܢ ܦܫܝ̈ܛܬܐ ܠܦܫܝ̈ܛܬܐ ܘܡܢ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܠܥܪ̈ܒܝܝܬܐ ܕܝܢ ܒܝܬ ܐܝܬܘܗܝ. ܐܣܬܝܢ ܘܫܬ̈ܡܐܐ ܕܝܢ ܒܬܠܬܬܐ [l. ܒܬܠܬܐ] ܒܫܒܐ ܒܐܒ ܬܫܥܐ ܒܬܫܥ ܫܥ̈ܝܢ ܒܝܘܡ ܬܪܥܣܪ ܒܐܒ ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܬܠܬ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܒܐܝ̈ܕܝܢ ܡܚܝ̈ܠܬܐ ܘܡܠܝ̈ܬܐ ܚܛ̈ܗܐ ܘܣܟ̈ܠܘܬܐ ܘܚܣܝ̈ܪܬ ܪ̈ܚܡܐ. ܕܐܦܢ ܠܐ ܫܘܝܢ ܠܫܡܐ ܗܢܐ ܓܝܘܪܓܝܣ ܘܝܘܣܦ ܡܬܩܪܝܢܢ. ܘܥܡܘܪ̈ܝ ܕܝܪܐ ܒܪܝܟܬܐ ܕܟܣܝܚܘ ܟܬܒܘܢܗ. ܕܐܝܬܝܗ̇ ܕܝܪܐ ܡܪܝ ܦܣܘܐ܇ ܘܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ ܘܡܪܝ ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܘܡܪܬ ܡܪܝܡ܇ ܘܡܪܝ ܣܪܓܝܣ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܀ In honorem et gloriam Patris et Filii et Spiritus Sancti, Trinitatis in una essentia conjunctae, cujus una est voluntas, una natura, quae neque facta, nec creata, nec finita, nec mortalis est; incomprehensibilis, et infinita; quae vix comprehendi, nullo modo explicari potest, quae ex nihilo quidcunque creatum est creavit, constituit, ornavit in hominum honorem; quae mundum e ruinis ejus renovabit, utpote quae omnium vivificator et renovator est, quae perfectione sua et magna misericordia omnia absolvit, omnia perficit in saecula, Amen. Explicit hic Liber Lexici, sive Expositio Vocum Usitatarum, Syriacarum et Graecarum, in quo quaecunque in libris inveniantur difficiliores per faciles, et Syriacae per Arabicas explicantur. Ordo autem alphabeticus est. Perfectus autem et compactus est feria 3 hebdomadis, die 12 mensis Ob, hora nona, A. Gr. 1793, manibus nostris infirmis, culparum et peccatorum plenis, misericordiae egenis: qui quamvis nominis indigni simus, Georgius et Josephus vocamur, et claustra coenobii benedicti Casiho Chathabuneh incolimus, quod sc. coenobium est Mar Pesois, et Mar Georgii, et Mar Antonii, et Marth Mariae, et Mar Sergii, et Mar Joannis evangelistae, fol. 293.

Multae insunt inscriptiones de urbe Ha-

lebo, et rebus parochi Rizk-allah domesticis; e. g. in fol. 131; فلما كان في تاريخ بسنة الف وستماية ثلاثه وعشرين مسيحية سادس عشر من شهر تموز اتنيحت امراة خوري رزق الله الي رحمة الله تعالي الله ينيح نفسها امين ۞

وفي تلك السنه تاني (sic) يوم من حزيران اتنيحت اختها ۞

وفي تلك السنه ايضا في سابع عشر من شهر اب اتنيحت اخته حلبيه ۞

وفي سنة الف وستمايه اربعه وثلاثين مسيحيه تاسع وعشرين من شهر كانون الاخير اتنيح والدي خوري يوسف المتكني بابن الخريطه من قرية بان وقبل منه بسنه اتنيحت والدتي سبعه من حزيران الكاتب رزق الله باسم خوري ۞

وفي سنة الف وستمايه ثمانيه وثلاثين مسيحيه اتنين وعشرين من شهر تموز دخـل السلطان المعضم [l. المعظم] موراد الي مدينة حلب في عسكرا عضيم [l. عظيم] الدي ما صار متله مع [l. من] غير سلطان وايضا السلطانه كانت معه ومتوجه الي بغداد ومكت في حلب تسعتعشر يوم ۞

In A. C. 1623, die 16 mensis Tamuz requievit uxor parochi Rizk-allah in spe summi Dei misericordiae: Deus animae ejus quietem concedat, Amen.

In eodem anno, die 2 mensis Hhaziron requievit soror ejus.

In eodem etiam anno, die 17 mensis Ob requievit soror sua, Halebi incola.

In A. C. 1634, die 19 mensis Canun posterioris requievit pater meus parochus Josephus, cognomine Ibn-Alcharita, ex urbe Van: ante eum autem in eodem anno die 7 mensis Hhaziron mater mea, qui sum scriba Rizk-allah, nomine parochus.

In A. C. 1638, die 22 mensis Tamuz urbem Halebum intravit sultanus magnus Murad cum ingenti exercitu, qualis nunquam huc venerit nisi ipsum sultanum comitaretur. Quinetiam sultana cum eo aderat. Dies igitur undeviginti Halebi commoratus, Bagdadum profectus est.

Aliae multae ejusmodi inscriptiones ad codicis finem inveniantur, quarum una tantum memoratu digna est, sc. quod A. C. 1629, die 22 mensis Elul, دخل حصرف باشا الوزير الاعضم الي حلب وبعد بتلات ايام قتل فرج الله حلبي ابن خواجا توما. الله يرحم من يترحم عليه ۞, urbem Halebum intravit Husruf Pasha, wezirus magnus, et tertio postea die morte affecit Far'j-Allah, fil. Khowaja Thomae. Sit Deus ei propitius, qui pro eo misericordiam orat.

[Marsh. 172.]

186.

Codex bombycinus in folio minori, ff. (403 – 1 =) 402 constans, charactere simplici, Syriace et Carshunice, A. C. 1488 exscriptus. Ff. 2—79, 234—401 binis columnis sunt. Inest;

Jesu Bar-Ali Lexicon Syro-Arabicum.

Deest fol. 1, quo inerat tit., et praefationis major pars.

Hic codex plerumque cum Marsh. clxxii. consentit, et ad calc. idem colophon usque ad anni commemorationem: quae sequuntur sunt: [l. ܕܕܬܚܪܐ] ܕܕܬܚܪܐ ܘܡܫܬܠܡ ܐܫܬܠܡ
ܗܢ ܟܬܒܐ ܒܥܒܐ ܒܐܠܘܠ ܢܝܣܢ ܒܡܫܪܐ
ܘܬܡܢܐ ܘܝܘܡ ܒܗ ܒܬܫܥ ܫܥܝܢ ܒܥܕܢ ܐܠܦ
ܘܬܡܢܡܐܐ ܡܢ ܫܢ̈ܝܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܘܝܘܢܝܐ ܒܪ
ܦܝܠܝܦܘܣ ܥܠ ܐܝ̈ܕܝ ܐܢܫ ܡܣܟܢܐ ܘܚܛܝܐ
ܦܪܘܣܐ ܡܢ ܟܠ ܚܪ̈ܫܐ ܘܡܣܟܢܐ ܘܡܣܟܢܫܐ
ܘܡܫܟܢܐ ܘܚܒܝܒܐ ܘܚܠܟܐ ܠܪܘܚܐ ܘܪܘܚܐ
ܚܠܟܐ ܚܘܠܐ ܘܣܠܝܒܬܐ. ܕܐܝܟ ܐܠܐ ܙܝܟܐ
ܡܢ ܫܡܥܐ ܕܐܝܢܫܘܬܐ ܡܫܡܫܢ ܡܢ ܡܢܬܪܬܐ
ܘܪܒܝܢ ܡܢ ܟܠ ܙܢܐ ܡܫܠܡܐ ܕܘܢܝܐ
ܘܡܠܟܐ ܡܢܟܠ ܡܫܢ̈ܐ ܕܫܡܥܘܢ ܘܡܫܢ ܒܪ
ܥܠܝܡܘ ܡܢ ܩܪܝܬܐ ܡܟܪܬܐ ܘܪܫܝܬ
ܠܡܥܢܝܐ ܠܢܝܚܬ ܐܠܗܐ ܢܬܠ ܠܗ
ܘܠܐܒܗ̈ܘܗܝ, ܐܝܟ ܘܐܡܝܢ ∻ Perfectus et

compactus est sabbatho, die 19 mensis Elul, hora nona, anno 1800 Alexandri Graeci, fil. Philippi, manibus viri infirmi et peccatoris, et praeter caeteros miseri, inverecundi et abominandi, scurrae etiam, foedi, sordidi, canis leprosi et vulpis, iniquitatis et peccati pleni, hominis quidem, sed e naturae humanae nomine remoti, virtutis egeni, morum laudabilium indigi, stulti, omnibus rebus abominandis referti, nomine Joannis, fil. Salamonis ex urbe benedicta et a Christo dilecta Lehephat. Propitius sit Deus ei et patribus ejus, immo et Amen.

Quae duo sequuntur folia ad hunc codicem non pertinent. E Menologio desumpta sunt, inestque sanctorum, qui in mensibus Maio, Junio, Quintili, Sextili commemorantur, index. [Marsh. 271.]

187.

Codex chartaceus laevigatus in quarto, ff. 494 constans, Syriace et Arabice charactere simplici, A. C. 1645, summo nitore exscriptus. Inest;

Jesu Bar-Bahlul Lexicon Syro-Arabicum.

Tit. ܥܠ ܚܝܠܐ ܠܐ ܡܫܬܟܚܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܡܫܪܝܐ ܥܠ ܐܫܪܝܐ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܡܠܐ ܚܝܐ ܘܝܘܬܪܢܐ ܕܡܫܪܪܬ ܒܗ̇ ܟܠ ܡ̈ܠܐ ܕܒܟܬܒܐ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ ܘܝܘܢܝܐ ܥܒܪܝܐ ܗ̄ܘ ܠܫܡܗܘܢ ܕܒܪ ܒܗܠܘܠ ܣܦܪܐ ܡܗܝܪܐ. ܐܬܟܢܫ ܠܫܡܗܘܢ ܗܢܐ ܡܟܢܫܐ ܒܝܕ ܐܢܫ ܚܠܝܫܐ ܡܢ ܬܘܠܡ̈ܕܐ ܕܠܩܘܒܠܐ ܐܝܟ ܚܝܠܬܐ ܕܡܚܝܠܘܬܗ ܡܢ ܠܟܣܝܩܘܢܐ ܙܥ̈ܘܪܐ ܕܐܫܬܟܚܘ. ܘܡܢ ܟܬ̈ܒܐ ܕܡܦܫ̈ܩܢܐ ܕܗܘܘ ܫܒܝܚܐ ܡܫܡ̈ܥܢ ܒܢ̈ܝ ܟܬܒܐ. ܐܝܟ ܕܠܬܘܪܥܐ ܕܒ̈ܢܝܐ ܪ̈ܚܡܐ ܘܕܠܗܘܢ ܐܠܝܢ ܕܦܓܥܝܢ ܒܗ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܠܡܗܘܐ ܕܡ ܥܠ ܐܠܦ ܒܝܬ ܒܣܕܪܐ ✣ ܒܪ ܡܫܪܝܢܐ ܒܐܬܘܬܐ ܐ̄. ܘܣܡܬ ܒܣܕܪܗ̇ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܥܠ ܡܠܬܐ ܐܠܦܐ ܕܪܝܫܐ ܠܗ̇ ܐ̄. ܕܐܝܟܢ ܕܢܣܒܐ ܠܗ̇ ܓ̄. ܘܡܬܪܝܢ ܗ̇ܝ ܕܢܣܒܐ ܠܗ̇ ܕ̄. ܘܗܟܢܐ ܒܬܪ ܒܬܪ. ܒܕܡܘܬܐ ܠܗ̇ ܕܢܣܒܐ ܠܗ̇ ܬ̄. ܒܒܝܬܐ ܕܝܢ ܗܢܐ ܡܛܠܗܘܢ. ܐܦ ܠܫܪܟܐ ܕܒ̄. ܘܒܬܪܗ ܠܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ ܐܬ̈ܘܬܐ. ܐܠܐ ܕܒܥܐ ܗܘ ܠܡ ܕܝܕܥ ܗܘ ܐܢܫܐ ܕܦܓܥ ܒܠܟܣܝܩܘܢ ܗܢܐ ܕܡܟܢܫܢܗ ܠܐ ܚܙܐ ✣

Ope Dei omnipotentis, qui nunquam pudore afficit, scribere adgredior librum vitae et lucri plenum, in quo quaecunque vocabula in libris Syriacis inveniantur ordine exhibentur, sc. Lexicon Bar-Bahlul, scribae periti. Digestum est hoc lexicon collectitium manu viri doctorum disciplina carentis, quam maxima prae infirmitate potuit diligentia, e multis quae exstant parvis lexicis, et e libris interpretum quicunque scientiae laude floruerunt, ut filiorum dilectorum, et eorum qui in hunc librum incidant, studia promoveret. Digessit autem ordine alphabetico, e litera Olaph initium ducens, prima ponens [sc. post ܐܐ et ܐܒ] quaecunque vocabula Olaph in primo loco, et Gomal in secundo habent. Sequuntur ea in quibus Dolath literae Olaph adhaeret, h. e. vocabula quibus in initio ܐܕ̄; et perinde per caetera in ordine usque ad ܐܬ̄. Simili modo postea digessit vocabula, quae in initio Beth habent, et postea caeteras literas, quamque in suo ordine. Denique oportet omnes qui in hoc lexicon incidant scire, quod is qui collegit caecus est, fol. 2.

Excipit scribae praefatio Arabice: وقد كـنت عملت علي تمييز الالفاظ المجمع علي صحتهما ذون ما فيه الاختلاف وافراد البيعيات علي الطبيعيات وعلي الطبيات والمنطقيات. وتصير كل فن من اليوناني والرومي والسريانياني والعبراني والمستعمل من النبطي وغيرها علي حدته فرايت ما يسقط كثيرا جدا وفي الغايه غلط عظيم لان اكثر المسايل انما تجرا بين الناس في المشكوك فيه الغامض الوحشي فعملت علي ايراد كل ما يبلغني من الاختلاف منسوبا الي قايله ان كان معروفا.

وعلمت ان في شرح ذلك منفعه عظيمه لان اكثر
ما يقف علي قول واحد ويعلم الصحيح من
السقيم بتمييزه وخبر ذلك كتابا واحدا وقصدت
لترتيبه ببت حروف الهجا في الابتدا والحشو ليقرب
طلب اللفظه ويستغني عن تفتيش عدة كتب
بسببهما متي لم يعلم من اي اللغات هي به
وقد علمت انه لم يعمل قط كتاب رضيه الناس
جميعا فان وجد الناظر في هذا الكتاب الفاضا
يستغني عنها فليعلم انه يجوز ان يحتاج اليها
غيره. وليتوج التواب في الترحم علي من كد وتعب
وندب واجتهد وجمع وعلي من كتب فانه عالم
انه مقصر عن بلوغ الغايه اذ النقص مشتمل علي
بني البشر جميعا. وانت يا بني ايمانا بالله تعالي
فاحتفض [l. فاحتفظ] بهذا الكتاب البديع ولا
يخرج عن يدك وقبظتك [l. وقبضتك] وحوزك
فان احبب انساخه احدا شرطت عليه ان
ينسخه في منزلك وعندك حتي لا يخرج عن
ملكتك ان شا الله وهو حبنا ونعم الوكيد الله ❖

Multum quidem laboravi ut lexici vocabula secundum eorum differentias, singulasque in rebus ecclesiasticis et physicis et medicinalibus, et logicis significationes, quam maxima adcuratione distinguerem: notans etiam cujusque derivationem e Graeco vel Latino vel Syriaco vel Hebraeo fonte, et quicquid a Nabathaeis aliisque ductum sit, quaeque in suo loco. Vidi autem quantum inesset periculi, ne error magnus oriretur: multae enim ubique inter homines de rebus dubiis quaestiones, in quibus obscuritas paene barbara. Operam igitur impendi, ut quascunque in modo loquendi diversitates scirem, si modo potuissem, investigarem: pro certo habens hoc saltem magnum emolumentum in iis exponendis inesse, quod majus fieret quid de quoque vocabulo constat, et verum a falso dignosceretur, si modo singulos libros adcurate scrutaremur et exploremus. Vocabula autem ubicunque in ordine alphabetico disposui, ut inventu faciliora essent, neque oporteret lectorem totum librum pervolvere, propterea quod in qua lexici parte quae vellet invenienda essent, ignoraret. Scio quidem nullum librum omnium hominum sententiis satisfacturum esse, sed si multa in hoc lexico lector inveniat, quae illi nulli usui sint, praeterire et caeteris uti licet. Deus clemens autem, precor, sua misericordia et eum qui magno labore, molestia, studio in hoc lexicon colligendum incubuit, et eum qui exscripsit, coronet: sibi enim conscius est, quod ad opus recte absolvendum impar est, quoniam omnium hominum portio est infirmitas. Tu autem, mi fili, in Deum excelsum credens, mirum hunc librum apud te conserva, neque ut a manu tua et possessione egrediatur permitte: si quis autem transcribere velit, hac sola conditione consenties, quod in tua domo et apud te transcriptio fiat, ita ut a tua possessione non egrediatur, si modo Deus, quem amore prosequimur, velit: beatus autem ille cujus custos est Deus, fol. 4.

Scriptores quos laudat Bar-Bahlul omnino diversi sunt ab iis quibus usus est Bar-Ali. Quamvis enim est ubi Gregorium Nyssenum, Eusebium, aliosque patres laudet, tamen locum primarium apud eum tenet Ananjesus Bar-Serushvai, ep̃us Hirtae, ܒܪ ܣܪܘܫܘܝ, quem ad alterum quodque verbum testem producit: locum proximum tenet Liber Paradisi, ܟܬܒܐ ܕܦܪܕܝܣܐ: quem sequuntur Hhonainus, Zacharias, Gabriel, Paulus Aegineta, Shamleius, Joannes Mesve, Maruzaeus, Jesus Bar-Nun, Jesus Bochtishua, Sergius Rhesinensis, Bar-Serapion. Sunt etiam quos bis terve citat, inter quos Maronitae, ܒܢ̈ܝ ܡܐܪܘܢ. Errat Castellus qui Galenum et Dioscoridem inter ejus auctores numerat: Gabrielem enim solum

citat Bar-Bahlul, et semper Arabice, sed plerumque in hunc modum, حكي جبريل عن جالينوس, vel حكي جبريل عن ديوسقوريدوس. Denique corrigendus est Gesenii error, qui in prima ejus dissertatione ܒ̈. ܥ. *librum Bar-Ali* interpretatus est. A Bersteinio autem edoctus ܒ̈. ܥ. compendium esse pro ܒܢܘܣܚܐ ܥܬܝܩܐ in altera diss. vertit *in libro quodam antiquo*, i.e. *in lexico anonymo*. Simili modo in Diss. i. not. 55 dicit, *Citatur Bar-Serapionis* نسخة, s. ܢܘܣܚܐ, h. e. *opus*; *intellige opus* كناش: et in Diss. ii. not. 16, longissima dedit argumenta, quare ܢ̈ sit liber nescio quis Hhonaini. Cui insipientiae fortiter adhaeret, per caeteram dissertationem semper ܢ̈ vertens *Liber Hhonaini*. Quinetiam ad notae finem addit, *Codicem quemdam anonymum indicat formula* ܒܢ̈. ܥ̄. Erroris fons est quod putavit lexicon in eodem statu adhuc esse ac quum scripsit Bar-Bahlul: sed e scribae praefatione manifestum est, a posteris omnino refectum esse. Addo quod ܢܘܣܚܐ minime *liber* est, qui esset ܟܬܒܐ, sed *exemplar*. Significat igitur ܒܢ̈. ܥ̄ in *exemplari vetusto*, sc. Lexici Bar-Bahlul: ܒܢ̈ *in uno exemplari* ܒܢ̈. ܐ̄, h. e. ܒܢܘܣܚܐ ܐܚܪܢܐ *in alio exemplari* ejusdem lexici. Si autem addatur nomen, e.g. ܒܢ̈. ܕܚܢܝܢ, quod raro fit, significat *in exemplari glossarii ab Hhonaino scripti*: sic ܒܢ̈. ܕܦܘܠܘܣ *in uno exemplari libri quem scripsit Paulus*. Ubi autem omnes quos possidebat codices consenserunt, dicit, ܐܟܚܕ ܕܒܢ̈, ܐܟܚܕ ܟܠ̄, etc. Sic ܒܢ̈. ܝܘ̈ *in exemplaribus Graecis* demonstrat vel Bar-Bahlul vel scribam, Syriacae versioni diffisum, ipsos codices Graecos adiisse. Ubi igitur ܒܢ̈, ܒܢ̈. ܐ̄, ܒܢ̈. ܥ̄ simpliciter exstant, a scriba, vel ut hodie diceremus, ab editore, varios Lexici codices conferente, addita sunt, sed caetera, sc. ܒܢ̈. ܕܚܢ̄, ܒܢ̈. ܝܘ̈, etc., manu ipsius Bar-Bahlul esse possunt.

In titulo etiam legimus Bar-Bahlul opus suum indigestum reliquisse: vix enim se ipsum vocaret ܣܦܪܐ ܦܫܝܩܐ, neque idem potest esse ac ܐܢܫ ܣܟܠܐ ܡܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܡܠܦ̈ܢܐ. Diserte autem legimus hunc *virum doctorum disciplina carentem* lexicon *scribae periti* Bar-Bahlul digessisse. Ex hoc Bar-Bahlul solito titulo, sc. ܣܦܪܐ ܡܗܝܪܐ, (cf. cod. pp. 158, 206, 241, etc.,) ex Ezr. vii. 6 petito, conjicit Gesenius "eum theologum et sacrae scripturae interpretem fuisse, quamquam scimus, eum etiam profanis libris Arabice transferendis operam dedisse." Vocatur etiam ܣܦܪܐ ܡܠܝܠܐ pp. 442, 803, 949; ܣܦܪܐ ܦܦܣܐ p. 575, et ܣܦܪܐ ܡܢܝܚܐ, vel ܡܬܢܝܚܢܐ *scriba beate quiescens*, h. e. mortuus, ib. pp. 313, 666, 703.

Scripturae plana sunt pp. 938—941, e ܥܝܢܐ ad ܥܠܡܐ.

Ad cujusque literae finem exstat colophon, sed vix digni sunt qui exscriberentur, praeter quod in p. 312 nomen scribae qui librum exaravit, neque cum illo confundendus, qui opus Bar-Bahlul digessit, dicitur قس يوحنا ابن العزير presbyter Yuchna Ibn 'Ozayr, h. e. Joannes fil. Esdrae.

Ad calc. ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܕܒܪ ܒܗܠܘܠ ܣܦܪܐ ܦܫܝܩܐ. ܒܝܘܡ̈ܝ ܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܥܝܢܢܐ. ܠܗ ܘܠܐܚܘܗܝ ܘܠܪ̈ܚܡܘܗܝ ܡܕܝܢܐ ܥܠ ܬܫܡܫܬ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀ ܐܬܟܬܒ ܒܐܝ̈ܕܝ ܐܢܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܟܠ. ܘܪܚܝܩ ܡܢ ܡܝ̈ܬܪܘܬܐ. ܘܕܚܝܩ ܡܢ ܫܡܠܝܘܬܐ. ܒܣܦܪܐ ܕܒܝܫܐ. ܕܚܘܒ̈ܘܗܝ ܠܐ ܕܡܝܢ. ܠܚܠܐ ܕܝܡܐ ܘܡܢ̈ܘܗܝ ܚܩܠܐ. ܦܪ̈ܕܬܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܪܢܐ. ܘܡܟܠܐ ܐܢܐ ܡܫܟܐ.. ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ܦܘܫܩܐ. ܕܟܕ ܒܣܘܪ̈ܛܐ ܦܠܚ ܬܠܝܠܐ ܢܦܓܥ.. ܒܚܠܘܬܐ ܕܣܘܟܠܗ ܨܠܘ̈ܬܐ ܠܡܪܐ ܢܥܒܕ.. ܘܟܡܐ ܡܟܐ ܕܡܚܝܠ: ܟܡ ܗܘ ܠܗ ܡܬܬܚܝܠ. ܟܬܒܬܗ ܠܢܦܫܗ ܘܠܗ ܕܐܬܡܢܘܢܐ ܒܣܘܪ̈ܛܐ ܗܠܝܢ ܒܡܠܩܐ. ܐܠܐ

[illegible] Explicit. liber lexici Bar-Bahlul, scribae sufficientis, ope Dñi nostri Jesu Christi: Cui et Patri et Spiritui Sancto omnes laudes in saec. saeculorum, Amen. Scriptus est manibus viri praeter caeteros miseri, a rebus faustis remoti, ad sinistras impulsi, advenarum purgamenti, cujus facta impura sunt, qui vestimentorum suorum occultorum quasi foeditas est: expuli eum e numero vocatorum. Jam autem quemque fratrem sagacem rogo, ut quum in has confusas lineas incidat, orationem secundum amoris mensuram silenter fundat, et qua ipse mensura metitur, eadem illi mensurabitur. Librum pro memet scripsi, non ut per lineas has tortuosas gloriam adipiscerer, sed ut animae meae miserae prodessem. Haec facta sunt feria quarta primae mensis Canun posterioris hebdomadis, festo benedicto et excelso patrum nostrorum beatorum et inter omnes qui divinae naturae participes facti sunt principum, Mar Basilii et Gregorii, quorum auxilio ad operis nostri finem et absolutionem pervenimus, A. Gr. 1956; et Deo gloria, immo. [HUNT. 157.]

188.

Codex chartaceus in folio, ff. 749 constans, humore inquinatus, binis columnis, charactere simplici, Syriace et Carshunice, A. C. 1597, luculenter exaratus. Inest;

Jesu Bar-Bahlul Lexicon Syro-Arabicum.

In codicis initio manu Jacobi Golii; Descriptum in monte Libano a viro docto et Syriacae linguae peritissimo; ita uti per literas inde mihi significavit frater meus Petrus Golius, nunc dictus fr. Coelestinus a S. Liduina. Cal. Nov. 1649. Aliae duae additae sunt in eandem rationem inscriptiones, quarum prior eadem J. Golii manu. Excipit in proximo folio, Carsh. et Arab. [illegible][a] [illegible] Hunc librum exsiccavit servus vilis presbyter Elias, fil. El-Haj Joannis, fil. Pauli, ex urbe munita Eden, A. C. 1622. Qui misericors est, misericordiam adipiscetur.

Tit. [illegible] Ope Trinitatis sanctae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei veri, adgredior literam Olaph Lexici Bar-Bahlul; Dñe, sit tua potentia auxilio meo, Amen, et venia peccatorum me dignare, Amen.

Ad calc. literae Shin, fol. 723, scribae nomen [illegible] *Sergius peccator*, et postea, [illegible]

---

[a] In inscriptione Arabica hoc verbum scriptum est عرص, quod unice verum esse existimo. In eo reddendo tamen dubito. Gesenius qui totam exscriptionem dedit in Diss. ii. p. 30, vertit *exhibuit*, addens *scribendo? an dono?* Exscripsit autem Sergius, et opinor Eliam codicem, qui passim aqua inquinatus est, exsicasse. De [illegible] addit notam *Teste Kamuso*, p. 1815, عدن *est oppidum provinciae Bakharein*, quasi ignoraret Eden, عدن, esse urbem Maronitarum celeberrimam in regione Libanitica ad orientem Tripolis, cujus mentionem fecit inter Laodicenae regionis Syriae urbes Ptolemaeus, lib. v. c. 15; et Plinius, lib. v. c. 25: episcopus denique hujus urbis fuit Georgius Amira, grammaticae linguae Syriacae scriptor peritissimus, et postea patriarcha Maronitarum: ibi etiam natus est Gabriel Sionita.

ܐܠܐܒ ܡܪܝ ܓܪܓܣ ܐܠܡܛܪܐܢ ܐܒܢ
ܥܡܝܪܐ ܐܠܐܗܕܢܝ ܐܬܐ ܥܢܕܢܐ ܠܕܝܪ ܡܪܝ
ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܩܘܙܚܝܐ ܘܐܠܐܒ ܗܘܕ ܐܠܝܗ:
ܘܐܠܐܡ ܣܡܚܬ، ܦܝ ܢܣܟܗ ܗܕܐ ܘܐܢܐ ܦܝ
ܛܐܥܬ ܐܠܠܗ ܘܛܐܥܬ ܐܒܘܢܐ ܐܠܡܛܪܐܢ
ܝܘܢܐܢ ܘܛܐܥܬ ܐܠܐܒ ܐܠܡܕܟܘܪ ܐܬܬܦܩܬ
ܡܥܗ ܥܠܝ ܫܪܛ ܐܢܗ ܝܥܛܝ ܘܡܝܙ ܠܝ
ܟܠܦܬܗ * * * ܘܬܥܒ ܐܠܢܣܟܗ * * *
ܐܠܪܘܡܝܗ ܘܨܐܪ ܦܝ ܪܐܝܗ ܘܪܐܝܢܐ ܡܥ
ܪܐܝ ܐܠܠܗ ܘܟܢܝܣܬܗ ܦܝ ܪܐܝ ܐܠܐܒܐ
ܐܠܡܕܟܘܪܝܢ ܘܫܗܐܕܬܗܡ ܡܥ ܐܠܐܒ ܐܠܩܣ
ܝܥܩܘܒ ܘܐܒܢ ܐܟܝ ܒܘܪܝ ܝܘܚܢܐ ܘܐܠܠܗ ܐܠܘܟܝܠ
ܥܠܝ ܡܐ ܢܩܘܠ ܐܡܝܢ. ܟܠ ܡܢ ܝܘܦܝ ܢܕܪܗ ∴

In anno Dñi nostri 1597, in mense Novembri, venit pater noster Mar Georgius[b] metropolita, fil. Amirae, Edenensis, ad nos apud coenobium Mar Antonii Kuzchaye, et ut hic codex transcriberetur concessit: me etiam quamquam indignus sum ut transcriberem jussit. Ego autem sub obedientia Dei sum, et sub obedientia patris nostri metropolitae Jonae, et sub obedientia patris supradicti, qua de causa consensi, sub conditione tamen ut ille sua ipsius manu mercedem mihi pacisceretur * * * et transcriptionis missae * * * Romanae. Factum est igitur consensu ejus et nostro consensu, necnon Dei et ecclesiae ejus consensu, cum consensu et testimonio patrum supradictorum, necnon patris presbyteri Jacobi, et filii fratris mei parochi Joannis. Deus denique verborum nostrorum curator est, Amen. Quisque votum suum persolvat.

In media inscriptione quatuor erasa sunt vocabula, quorum tantum وكـتـاب تداس eruere possum. Eadem inscriptio in fol. 118 exstat, sed omnia ibi post اقتبلت deleta sunt.

Post finitum Lexicon in ultimo folio ܥܘܗܕܢܐ ܕܫܘܪܝܬܗ ܥܠ ܚܠܠ ܕܨܘܡܐ: ܒܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ∴ Adcurata de ingressu jejunii narratio, in Mar Ephraimi homilia. [Marsh. 198.]

189.

Codex bombycinus in quarto, ff. 436 constans, in duas partes divisus, quarum prior manu recentiore ad alteram subplendam charactere simplici scripta est. Multum hic studii in rebus grammaticis, in distinguendis conjugationibus, in signis ܪܘܟܟܐ et ܩܘܫܝܐ recta adponendis, vocales etiam plene exscriptas addit, significationes breviter Arabice exponit. Laudat sacras scripturas, libros liturgicos, Bar-Salibaeum, Bar-Serushvaium, Epiphanium, Gregorium Theologum. Quae exponenda sunt minio, caetera atramento scripta sunt. Ultimum quod expositum est vocabulum ܝܡܝܢ. In margine addita sunt multa. Saeculi forte sit decimi quinti. Pars altera, cujus primum vocabulum ܝܠܐ longe

[b] Creatus est Georgius Amira episcopus Edenensis A. C. 1596, nuper a Roma, ubi duodecim annos in collegio Maronitarum degerit, regressus. Plura de eo videas in Le Quien, Or. Chr. iii. 69. De coenobio Kuzchaye Gesenius, Diss. i. p. 27 dicit. *Lorsbachius, quem sequitur Hoffmannus Bar-Bahlulum opus suum congessisse scribit in coenobio Kuzchaja: sed hoc unde habeat indagare non potui.* Cujus erroris origo jam patet: minime enim Bar-Bahlul in eo coenobio, sed Baghdadi in aula Abassidarum opus suum elaboravit: neque verisimile esset virum Nestorianum in Maronitarum coenobio vitam egisse. Nostrum autem codicem in eo coenobio in A. C. 1597 describendum curavit Georgius Amira, rogantibus monachis, اجاب enim *annuit*: et adhuc apud eos fuit in anno 1622,—coenobium enim Kuzchaye in urbis Eden vicinia,—quum aqua madentem eum exsiccavit Elias. Denique in anno 1649 Petrus Golius eum pro fratris ejus usu comparavit.

De coenobio Kuschaye cf. Ritter, Erdkunde, Theil xvii. p. 656, ubi e G. Brocchi, Giorn. iii. 111, legimus, *Nominis Kascheya significatio est Tesoro della Vita, e Syriaco Cas-heia; Cas enim=Gaza* (h. e. ܓܙܐ corruptionem esse vocis ܓܙܐ) *thesaurus et haia=vita: consulem autem E.G. Schultz, scriptionem in Kizheia correxisse*, dicit Ritter. Revera est Kuzchaye: credo autem Schultz *Kuz* ut *Kis* pronuntiasse.

antiquior et majoris pretii. Charactere Nestoriano utitur, nihilque ibi minii nisi in punctis, et ad initium finemque cujusque seriei literarum: sed omnia fusius Arabice, et interdum Syriace exponuntur. Quae enim desunt ff. 140 implebant; quae ad ea subplenda scripta sunt, tantum ff. 100. Ad vocales exprimendas puncta adhibet, sed ne error incidat, quae majoris momenti sunt breviter sed satis lucide exponit, e. g. ܚܢܝܢܐ ܒܪ ܙ̄ ܚ̄, et postea ܫܢܝܢܐ ܒܪ ܦܬ̇ ܬ̄ ܚ̄, ubi distinguuntur ܚܢܝܢܐ *qui gratiam adeptus est*, ubi litera ܚ quiescit, ܥܠܝܐ, h. e. nulla vocali insignitur, et ܫܢܝܢܐ *foetens*, ubi litera ܚ Ptocho requirit. Aliquando etiam signum Ruchoch notat, e. g. ܚܢܓܐ ܒܪ ܡܪܕܝܢܐ ܢ. Scriptores nullos laudat. Deest ultimum folium, et colophon, neque in titulis ad cujusque literae seriem propositis vel scriptoris vel anni mentio, sed semper ܠܟܣܝܩܘܢ ܡܟܢܫܢܐ *Lexicon Collectitium* vocatur. Cum lexicis Bar-Ali et Bar-Bahlul contuli, e quibus plane diversum, sed propius ad Bar-Bahlul, quod eundem titulum gerit, accedit; paene idem enim ordo, et prior pars expositionis Arabicae ambobus communis est.

Tit. partis prioris, ܒܪ ܥܠ ܣܒܪܐ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܡܬܬܟܠܐ ܣܒܪܗ̇، ܡܥܝܪܐ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܕܠܟܣܝܩܘܢ ܥܠ ܐܬܘ̈ܬܐ ܕܐܠܦ ܒܝܬ ܀ In spe Dei viventis spem suam reponens nequitia mea [h. e. ego nequam] scribere adgreditur Librum Lexici secundum literas alphabeti, fol. 2.[a]

Scribae nomen exstat in fol. 84, نجز بمعونة الله تعالي حرف الدال من كتاب جمع الالفاظ علي يد داوود الخاطي ابن عبد الكريم ابن صديع الدمشقي ✿ Explicit. ope Dei summi

---

[a] In primo folio variae inscriptiones, quarum prima de poenitentia ex operibus Jacobi Sarugensis desumpta. Secunda

ܛܘܪ̈ܐ ܕܕܗܒܐ ܟܬܒ̈ܐ ܐܢܘܢ ܐܠܗܝ̈ܐ.
ܚܦܘܪ ܡܣܟܢܐ. ܘܗܐ ܥܬܪ ܡܢ ܓܙ̈ܝܗܘܢ.
ܗܐ ܩܢܝܢܘܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܣܦܪ̈ܐ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ.
ܐܘ ܡܣܟܢ̈ܐ: ܓܠܘ ܐܪ̈ܙܐ ܘܥܘܠܘ ܘܐܬܥܬܪܘ.

Montes aurei sunt libri divini: O tu qui pauper es fode, et ecce! e thesauris eorum dives eris. Ecce opes in omnibus domus Dei libris repositae: O egeni, mysterium revelate, et intrate, et divitiis fruimini. Tertia ܡܟܪܐ ܚܝ̈ܐ. ܡܘܪܟ ܚܝ̈ܐ ܒܚܟܡܬܗ. ܐܠܗܐ ܕܡܘܪܟ ܚܝ̈ܐ ܚܐܪ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܠܗܐ ܕܡܟܪ̈ܐ ܡܚܣܟ ܚܣܟ ܡܢ ܒܝ̈ܫܬܐ. Vitam brevem dat: vitam longam dat *Deus* in sua sapientia. Ubi longam, respicit ad poenitentiam: ubi brevem, e malis tantum eripit. In folio verso, ܒܫܢܬ ܫܛ̄ ܕܝܘ̈ܢܝܐ. ܐܬܐ ܡܫܝܚܐ ܘܐܬܝܠܕ ܒܒܝܬ ܠܚܡ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܡܢܣܝܬ ܒܙܘܘܓܐ. ܘܒܫܢܬ ܨܠܓ̄ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܗܘ̣ܐ ܡܚܡܕ ܡܫܡܗ. ܐܦ ܡܢ ܗܘ ܙܒܢܐ ܕܫܢ̈ܝܗܘܢ ܣܗܪܢܝܬܐ ܕܛܝ̈ܝܐ ܡܢ ܗܕܐ ܫܢܬܐ ܐܬܡܢܝܘ܀ In anno 309 Graecorum venit Christus et natus est in Bethlehem e virgine connubium haud experta: et in A. Gr. 933 Mohammed celebris fieri incepit, e quo tempore anni lunares Arabum computantur. Et postea; ܡܢ ܐܕܡ ܒܪܝܬܐ ܠܗܕܐ ܫܢܬܐ ܕܐܝܬܝܢ ܒܗ̇ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܫܢܬ ܐܘܢܙ̄ ܠܗܘܢ ܫܒܥܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥ ܫܢܝ̈ܢ. ܘܟܕ ܡܦܠܓ ܐܢܬ ܠܗܘܢ ܒܟܘܟܠܐ ܕܦܨܚܐ ܐܘ ܒܢܬ ܚܡܫܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝ̈ܢ. ܡܫܬܟܚ ܕܬܠܬ ܥܣܪ ܟܘܟܠ̈ܐ ܢܦܩܝܢ. ܘܦܫܝܢ ܟܘܟܠܐ ܕܐܪܒܥܣܪ ܒܫܢܬܐ ܘܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ ܫܢܬܐ: ܗܠܝܢ ܕܒ ܘܨܠܐ ܥܠ ܕܘܝܐ ܀ E creatione Adam usque ad hunc quo versamur annum Gr. 1857, anni sunt 7037: quos si in cyclos paschales annorum 532 dividas, prodeunt cycli 13, et nos jam in anno 121 circuli 14 versamur. Haec intellige, et ora pro me misero. In his quaedam a recepta chronologia aliquatenus diversa. Natus est enim Dn̄s noster anno Seleucidarum 311, vel 312. De aera Mohammedana, sive Hej'rae, ab anno Seleucidarum 933 incipiente, consentiunt nostri. Mundus secundum aeram Alexandrinam creatus est anno A. C. 5503; sed $7037 - 1857 + 311 = 5491$, qui numerus tamen duobus tantum annis e recepto computo errat: nam post annum C. 285 decem anni subtrahebantur. Excipit historiola Arabice scripta de monacho quodam, qui urbem ingrediens medicum sedentem et circa eum turbam consulentium vidit. Quem statim allocutus monachus quaesivit, An peccatorum etiam remedium haberet? Medicus caput suum paulisper ad terram inclinavit: mox sese

litera Dal e libro Collectionis Vocabulorum manu peccatoris Davidis, fil. Abdalkerim, fil. Sadi Damasceni.

Ad libri finem deest folium in quo omnia post ܐܫܬܡܠܝ, de industria ut opinor excisum, ne quis unde emptus sit, sciret. Excipiunt enumeratio vocum in quibus ܣ et ܫ pro ش et س scribuntur, fol. 431; nomina viginti quatuor scientiarum, ܫܡܗܐ ܕܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܡܘܠܦܢܐ, quarum octodecim tantum enumerantur; et post omnia crux Graeca super Calvarium.

[HUNT. 170.]

190.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. (204 – 1 =) 203 constans, saeculi forte decimi sexti, charactere simplici nitide exaratus. Inest;

Eliae Bar-Sinaei, metropolitae Sobensis, Nomenclator Syro-Arabicus.

Subpresso Eliae nomine edidit R. P. F. Thomas a Novaria, alias Obicinus, linguarum orientalium in collegio S. Petri Montis Aurei magister, sub titulo Thesaurus Arabico-Syro-Latinus, Romae, 1636. Haud tamen ipse librum sub falso nomine in lucem proferendi consilium in mente habuisse videtur, sed tantum exscripsisse et vertisse. Eo autem mortuo multos post annos Achilles Venerius Sacrae Congregationis Fidei Propagandae Agens, forte ignorans cujus reapse fuerit opus, sub prelo misit: cujus negligentiam in mendis typographicis corrigendis haud sine ratione improbat C. F. de Schnurrer in Bibliotheca sua Arabica, p. 39.

Sed fide prorsus indignum esse ipsum Thomam ex omnibus libri partibus aeque patet: cujus vix pagina quae non erroribus scatet. Cujus rei sit p. 22 exemplo. Ubi 1°. ܣܚܣܘܣܐ Arabice reddit عطاريف, nostri autem codices recte غضاريف. 2°. ܥܪ̈ܩܝܐ reddit عروق القلب . شراين, codd. autem شرايين: Latine dedit *juncturae*, sed verba Arabica valent *arteriae, venae cordis*, quam significationem revera in ܥܪ̈ܩܝܐ inesse, spero me multis exemplis jamjam confirmaturum esse. 3°. ܫ̈ܠܕܐ scribit cum ܫ̈ ܐܘܫܦܐ, et ܙ̈ ܐܟܪܐ: nostri codd. recte ܫܠܕܐ sine ribui et ܫ̈ ܐܟܪܐ, et ܙ̈ ܐܘܫܦܐ. Recte Ar. الاغشية, sed Latine *femur* reddit. Sed ܫܠܕܐ aeque ac غشية *membrana* est. 4°. ܡܫܟܐ Ar. reddit حلد, sed codd. جلد. Et sic omnia. Si quis igitur quid Elias scripsit scire velit, ad codices adeat necesse est.

Multa etiam omisit Thomas a Novaria: multa male distribuit. Quae si corrigere velis:

P. 207	pro cap. v.		lege Tract. xiv.		
P. 216	pro Tract. xiv.		lege Tract. xv.		
P. 226	—	—	xv.	—	—	xvi.
P. 240	—	—	xvi.	—	—	xvii.
P. 246	—	—	xvii.	—	—	xviii.
P. 252	—	—	xviii.	—	—	xix.
P. 256	—	—	xix.	—	—	xx.
P. 263	—	—	xx.	—	Cap.	vi.

P. 264 ante ܡܝ̈ܐ ܠܐ (lege مياة) insere Tract. xxi, in quo commemorantur Res Aquosae per sex sectiones distributae.

P. 273	pro Tract. xxi.		lege Tract. xxii.		
P. 295	—	—	xxii.	—	—	xxiii.
P. 317	—	—	xxiii.	—	—	xxiv.
P. 327	—	Cap. vi.		—	—	xxv.
P. 334	—	Tract. xxiv.		—	—	xxvi.

Quae Thomas omisit sunt:

---

exigens dixit, Cape de radice jejunii, et foliis precum, et fructu eleemosynae, et in mortario patientiae contere; adde gummi amoris, et super ignem fidei coque; denique lique in vase misericordiae, et cum eo elue te: certe curabit te ex omni culpa et peccato.

Ad finem libri in ultimo folio ratio atramenti faciendi.

1. Tract. xxviii, in quo verborum catalogus. Pro radice habetur modus imperativus; e. g. ܢܦܠ sub ܦܠ quaerendum est, sed disponuntur sub literis verbi Arabici finalibus, h. e. in primo capite ea sunt verba quae ا in fine habent, in secundo quae ـب, in tertio quae ـت, et sic usque ad ي. Tractatus in tres sectiones distributus est, quarum in ultima conjugatio verborum ܩܛܠ et فعل in duabus columnis disposita, fol. 128.
2. Tract. xxix, de particulis et nominibus quibus conjungitur et colligatur oratio, fol. 147.
3. Tract. xxx, de vocabulis, quae varia loca (si digerere velles) haberent, et quorum pleraque in libris ecclesiasticis occurrunt, في كلمات شنرت اماكنها: وقد ورد بعضها في الكتب البيعية, fol. 149. Sic Laud. xxv, Marsh. dcciii, sed in indice في ترجمة كلمات شتت اماكنها: وتورد بعضها في الكتب المقدسة البيعية وغيرها. Ad calc. sectio de vocibus, quae varios sensus secundum punctandi modum gerunt, quam dedit Thomas pp. 345—445, omissis tamen persaepe punctis.

Ordinem alphabeticum in hac sectione et in Tract. xxviii (cf. supra) secutus est Elias, caetera autem per materias in Tractt. triginta, qui iterum in sectiones distribuuntur, digessit: et languente jam lingua Syriaca, opus non ut lexici locum teneret, sed ad discipulum in ea lingua instituendum, scripsit, ut ipse in praefatione docet, ܐܡܪܐ ܟܕ ܦܐܢܝ ܐܠܬܡܣܬ ܐܡܗܐ ܐܠܠܗ ܐܠܥܙܝܙ ܐܢ ܐܓܡܥ ܠܟ ܟܬܐܒܐ ܡܬܪܓܡܐ ܠܡܥܪܦܗ ܐܠܠܓܗ ܐܠܣܪܝܐܢܝܗ ܒܐܠܥܪܒܝ ܐܠܡܓܝܕ. ܦܐܣܬܥܦܝܬܟ ܒܬܐܠܝܦ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ. ܘܐܪܬܝܬ ܦܝܗ ܐܠܦܐܙܐ ܬܬܗܕܝ ܒܗܐ ܟܠ ܐܠܡܬܟܠܡܝܢ ܐܠܓܗܠܐܢ. ܘܬܓܙܦ ܓܠܡ ܐܠܠܣܐܢ ܘܙܪ ܀

Praefatio, fol. 1. Index capitum, fol. 3. Tract. i, fol. 6. Titulus nullus est. Fol. 9 deest.

In primo folio *Moysis Jacobi*, et postea موسي ابن عبد المسيح الحلبي Moses, fil. Abdalmessiae, Halebensis. Ad calc. ܥܠܡ ܒܥܘܢ ܡܥܒܘܕ ܐܠܠܗ ܟܠ ܟܬܒܐ ܬܐܘܝܠ ܟܬܐܒ. ܘܠܗ ܟܠ ܟܬܐܒ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܟܬܒ ܢܐܣܟ ܟܬܒ ܐܠܡܣܝܚ ܒܝܕ ܕܝܪ ܡܐܪ ܥܙܐܝܠ ܘܗܘ ܟܬܐܒ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܡܢ ܩܪܝܗ ܩܠܥܗ ܐܠܥܡܪܐܗ ܐܒܢ ܚܢܗ ܡܢ ܩܪܩܪ ܢܐܪܓܘ ܡܢ ܐܠܚܘܗ ܐܠܐܚܘܗ ܐܢ ܝܕܟܪܘܢܝ ܒܐܠܨܠܘܗ ܠܐܢܗ ܐܠܟܐܬܒ ܟܠ ܡܢ ܩܪܐ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܝܨܚܚ ܡܐ ܝܓܕ ܒܗ ܡܢ ܐܠܓܠܛ ܠܐܢ ܐܠܟܐܬܒ ܗܘ ܓܐܗܠ ܐܠܩܪܐܝܗ ܀ Explicit. auxilio Jesu Dei omnium Liber Interpretationis. Orate pro scriptore hujus libri nomine monacho Abdalmessia in coenobio Mar Azazielis. Qui autem hunc librum exscripsit e pago Kalaat el-Amrat oriundus est, fil. Annae Gargarensis; monachos autem fratres suos supplicat ut in precibus ejus meminerint, propterea quod peccator est: lectores etiam orat, ne propter mendas succenseant; in libris enim legendis imperitus est. [Laud. 25.]

191.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 158 constans, A.C. 1630, charactere simplici nitide exaratus. Inest;

Eliae Bar-Sinaei Nomenclator Syro-Arabicus.

Ad calc. سنة لما كان بتاريخ نهار الاثنين المبارك في شهر اب سنة الف وتسعمايه واحد واربعين لاسكندر ابن فيلبس اليوناني الموافقه الي سنين الهجرة سنة ١٠٤٠ بايدي ارذل الناس ۞ Annus exscriptionis dies benedictus secundus mensis Ob anno 1941 Alexandri fil.

Philippi Graeci, cui respondet annus Hej'rae 1040: (scriptus est) manibus vilissimi hominum.

Textus hujus codicis et Laud. xxv. longe optimus: caeteri tres codd. vel summa negligentia vel a Thesauro Th. a Novaria exscripti sunt. [Marsh. 703.]

192.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 145 constans, charactere simplici adpositis vocalibus exscriptus. Inest;

Nomenclator Syro-Arabico-Latino-Turcicus, ex Eliae Bar-Sinaei Nomenclatore Syro-Arabico desumptus, additis significationibus Latinis et Turcicis.

Pro certo habeo eum a Thesauro Thomae a Novaria exscriptum esse, additis significationibus Turcicis in usum forte alius Thomae in partes orientales profecturi. In recto enim tituli scribitur, ܐܝܬܘܗܝ، ܟܬܒܐ ܕܪܒܢ ܬܐܘܡܐ ܡܫܕܪܐ ܕܦܦܐ ܀ *Liber est doctoris nostri Thomae, Papae legati.* Et postea ܪܗܒ ܬܐܘܡܐ *Thomas Monachus,* et postea, وتوما الملقب التوم, "*et Thomas qui cognominatur Gemellus.*" In ipso autem libro eaedem fere significationes Latinae adponuntur ac in Novariae Thesauro, additis tamen alicubi paucis aliis; ubi vocalia adfixerit adfiguntur, ubi omiserit desunt, eadem in tractatibus ordinandis incuria, eadem Tractatuum xxviii, xxix, et prioris Tract. xxx. partis omissio. Denique ne errores quidem manifestos correxit, e. g. in Tract. xxvi. scribit, *Computus* ܡ̈ܢܝܢܘܬܐ العدد الحساب, ubi plane legendum ܡܚܫܒܢܘܬܐ, ut in codd. Laud. xxv, Marsh. dcciii, Bod. Or. xxxvii; et sic omnia. Scriptum autem esse post Thomae Thesaurum typis commissum A. D. 1636 e colophone patet, ubi annus quo ad finem perductus est commemoratur, sc. سنة الف وستماية وخامسين عشر مسيحية, A. D. 1660.

Titulum tamen habet, quem nullum exhibet Thomas, sc. بسم الاب والابن وروح القدس الاه واحد نبتدي نكتب تفسير بعض كلام من السرياني الي العربي والافرنجي مما يعتار عليه من الكلام الضروري وهو الي ثلاثين قسم ۞ In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, unius Dei, scribere adgredimur interpretationem aliquorum vocabulorum ex Syriaco in Arabicum et Francum (Latinum), quaecunque e vocibus necessariis inter se respondent, in 30 sectiones distributam.

Pro certo habeo Eliam linguae Francae ne hilum quidem scivisse. [Marsh. 92.]

193.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 152 constans, saeculi forte decimi septimi, charactere simplici, summa negligentia exaratus. Inest;

Eliae Bar-Sinaei Nomenclator Syro-Arabicus.

Est ubi ad textum quo usus est Thomas a Novaria propius adcedit, quam optimi codd. Laud. xxv, Marsh. dcciii. A fol. 125 ad finem opus imperfectum est omissis vocibus Syriacis. De scriba et anno nihil. [Bod. Or. 37.]

194.

Codex chartaceus in quarto, ff. 115 constans, charactere simplici, A. C. 1629, manu fortassis Edvardi Pococke exaratus. Inest;

Eliae Bar-Sinaei Nomenclator Syro-Arabicus.

E cod. Bod. Or. xxxvii. exscriptus est, cujus errores saepe corrigit; praefationem tamen

omittit, et omnia post fol. 125, propterea quod in exemplari deerant voces Syriacae.

Ad calc. Junii 23, 1629, et nomen multa cura deletum, quod tamen credo esse *Edvardus Pococke*. [Bod. Or. 669.]

195.

Codex chartaceus in quarto, ff. 123 constans, A. C. 1661, scriptus. Inest;

Lexicon Syro-Latinum in Psalmos.

Tit. ܟܬܒܐ ܕܡ̈ܠܝܬ ܩ̈ܠܐ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܡܫ̈ܬܟܚܢ ܐܝܠܝܢ ܕܒܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ ⁘⁘⁘ ܒܫܢܬܐ ܕܡܪܢ ܐܠܦܐ ⁘ Liber vocabulorum Syriacorum, cui insunt omnes voces quae in Libro Psalmorum Davidis regis et prophetae exstant. In anno aetatis Dñi nostri 1661.

Quamvis apud Lexica et Grammaticas[a] litera ܡ pro nota numerali posita tantum valet 40, et ܡ̇ 400, pro certo tamen habeo eam hoc in loco 600 valere: forte utpote finalis. Intercedit enim inter ܬ, quae etiam valet 400, et ܡ, altera distinctae formae finalis, sc. ܟ, quae 500 significare possit, et ita ܡ esset 600, ܢ 700, etc. Certe annus 1461 nullo modo stare potest: confert enim scriptor varias in Bibl. Polyglottis, et in Gabrielis Sionitae Psalterio lectiones. Sed Psalterium edidit Gabriel non nisi A. C. 1625. Denique quicunque Bod. Or. ccccxxxvi. contulerit, nullus dubitabit, quin Henrici Aldrich opus sit, qui annis 1661, et 1662, multum in Psalmorum versionem Syriacam laboris impendit.

In hoc Lexico congessit Aldrichius omnes cujuscunque vocis formas; necnon eas cui adduntur adfixa: verbique tempora omnia, modos, numeros, personas; laudato tamen uno tantum loco, in quo quaeque forma occurrit. [Bod. Or. 437.]

[a] De modo numerandi apud Syros consule Amirae Gr. Syr. pp. 12 sq.

196.

Codex chartaceus in quarto, ff. 50 constans, A. D. 1661, 1662, pulcherrime scriptus. Insunt;

1. Lexicon Latino-Syriacum in Psalmos, binis columnis dispositum.

Tit. ܟܬܒܐ ܕܡ̈ܠܬ ܩ̈ܠܐ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ Liber Vocum Syriacarum.

In obverso legitur *Henrycus Aldrich fecit et scripsit hunc librum* 1661, *et* 1662.

Ad calc. ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܕܡ̈ܠܬܩܠܐ ܣܘܪ̈ܝܝܬܐ ܘܐܝܬܝܗܘܢ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܦܬ̈ܓܡܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪ̈ܐ ܕܕܘܝܕ ⁘ ܬܫܒܚܬ̄ ܠܐܠܗܐ ⁘ ܒܫܢܬܐ ܕܡܪܢ ܐܠܦܐ ⁘ "Finitus est liber Vocum Syriacarum. Et [sunt] in illo oĩa verba quae [reperiuntur] in libro Psalmorum Davidis. Laus Deo, 1661."

2. Sequitur Catalogus verborum quorundam quae non reperiuntur in Lexicis, fol. 36.

3. Catalogus verborum quae construuntur cum praepositionibus, fol. 39.

Ad calc. ܘܗܫܐ ܐܫܬܠܡܬ ܦܢܩܝܬܐ ܕܡܢܝܐ ܠܟܠܗܘܢ ܡ̈ܠܐ ܕܐܝܬ ܒܬܪܝܗܘܢ ܡܩܕܡܘܬ ܫܡܐ ⁘ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܡܝܢ ⁘ Et jam finita est charta enumerans omnia verba quae post ea habent praepositionem. Et Laus Deo soli, Amen. [Bod. Or. 436.]

197.

Joannis Buxtorfii, Jun., Lexicon Chaldaicum et Syriacum, 4°. Basileae, 1622, a Ludovico Rege impressum. Interpositis ubique foliis novis manu scriptae adduntur aliae voces Syriacae, inter quas

paene omnes, quae in Veteris Testamenti versione simplici occurrunt.

[Bod. Or. 511.]

198.

Codex bombycinus in folio, ff. 222 constans, A. C. 1572, charactere simplici summo nitore exaratus. Insunt;

1. Gregorii Bar-Hebraei Grammatica Parva[a], fol. 2.

Tit. [Syriac text] Auxilio Dei omnium Dñi scribere adgredimur Introductionem in Scientiam Grammaticam ex operibus patris nostri Mar Gregorii, Orientis maphriani, qui eam in metro Ephraimi (heptasyllabo) composuit. Ipsa grammatica in una columna literis majusculis, adpositis ubique vocalibus, et Arabica vocum artis versione, scripta est: in altera, quaecunque difficilia sunt, liberius explicantur.

Ipsa praefatio hujusmodi est; [Syriac text] Quum in Babylone habitationem habebamus ut negotia quaedam ecclesiastica recte exsequeremur, et fideles qui ibi in campis degunt visitaremus, saepe cum viris scientiae grammaticae peritis confabulati sumus; unde nobis etiam in mentem venit breviter de hujus scientiae modis sermonem conscribere, quemadmodum alii quoque quidcunque intellexerint, libris mandaverunt. Quoniam autem metrum sermonem pulchriorem et venustiorem efficere, et decore eum vestire solet, praesertim quum sermo de ipso sermone, vel potius de recto loquendi modo tractat, ea de causa hunc qui in manibus est sermonem in metro e septem tonis conficto digessimus, in spatio brevi et augusto duarum, si ita dicere liceat, hebdomadum. Haec enim mensura arcte sermonem constringit, neque ei concedit, ut libere quo velit, et quum velit, et quomodo velit progrediatur, sed intra fixos limites eum concludit. Multitudo igitur exemplorum plerumque in ea codicis loca relegatur quae vacua reliquimus, ut iis additis utilitas elucidationum sententiarum, quae explicatione egere visae sunt, sed in operis corpore describi non potuerint, absoluta reddatur.

Ad calc. [Syriac text]

[a] Aliud hujus Grammaticae exemplar jam recensitum est in Hunt. i. no. 2. p. 370.

ܒܥܘܕܪܢܗ. ܕܡܪܢ ܀ Finis factus est scribendi Grammaticae Librum auxilio Dñi.

Et in altera columna, ܐܫܬܠܡܬ ܒܬܫ ܒܝܪܚܐ ܕܐܝܠܘܠ ܫܢܬ ܐܦܬܦܓ ܕܝܘܢ ܀ Explicit. die nono mensis Septembris, A. Gr. 1883, C. 1571.

2. Ejusdem Grammatica Magna, sive Liber Splendorum, h. e. Elucidationum[b], fol. 91.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܠܐ ܡܬܟܫܠܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ. ܡܫܪܝܢܢ ܕܢܟܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܨܡ̈ܚܐ ܕܐܬܩܪܝܘܗܝ، ܥܠ ܬܘܪܨ ܡܡܠܠܐ ܐܘܪܗܝܐ ܡܢ ܫܘܟ̈ܢܐ ܓܒܝ̈ܐ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܠܟ ܚܟܝ̈ܡܐ ܡܪܝ، ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ ܕܗܘ ܐܒܘܠܦܪܓ ܒܪ ܐܗܪܘܢ ܐܣܝܐ ܡܠܝܛܝܢܝܐ ܀ Potentia Jesu Christi Dei nostri invicta freti, scribere adgredimur Librum Elucidationum de recto linguae Edessenae loquendae modo, ex operibus selectis patris nostri sancti, sapientum regis, Mar Gregorii, Orientis mafriani, qui et Abulpharagius, Aharonis medici Melitenensis filius.

Binis exscripta est columnis, et in quatuor partes distributa, sc.

i. ܡܓܠܐ ܫܡܐ De nomine, in viginti duo capita distributa, ibid. ii. ܡܓܠܐ ܡܠܬܐ De verbo, in novem capita distributa, fol. 132. iii. ܡܓܠܐ ܐܣܘܪܐ De conjunctione[c], in quatuor capita distributa, fol. 164. iv. ܡܓܠܐ ܡܫܘܬܦܘܬܐ De rebus quae tribus prioribus partibus communes sunt[d], in sex capita distributa, fol. 181.

[b] Aliud hujus Grammaticae exemplar jam recensitum est in Hunt. i. no. 3. p. 370.

[c] Plane idem apud Syros valet ܐܣܘܪܐ ac حرف apud Arabes, qui Grammaticam in tres partes digerunt, sc. اسم, فعل, حرف, ubi حرف omne in oratione significat quod neque nomen neque verbum est.

[d] Miror Assemanum B. O. ii. 307 vertentem "de participio;" ne hilum enim quidem de participio, sed cap. 1. ܡܓܠܐ ܐܬܘ̈ܬܐ De literis, fol. 181; c. 2. ܡܓܠܐ ܪܘܟܟܐ ܘܩܘܫܝܐ ܒܫܡ̈ܗܐ De Ruchocho et Kushoyo in nominibus, fol. 189; c. 3. ܡܓܠܐ ܪܘܟܟܐ ܘܩܘܫܝܐ ܒܡ̈ܠܐ De iisdem in verbis, fol. 194; c. 4. ܡܓܠܐ ܢܘܩܙ̈ܐ ܙܥܘܪ̈ܐ De punctis minoribus, fol. 198; c. 5. ܡܓܠܐ ܢܘܩܙ̈ܐ ܡܨܥܝܐ ܒܪܒܘܬܐ De punctis mediae magnitudinis, fol. 203; c. 6. ܡܓܠܐ ܢܘܩܙ̈ܐ ܪܘܪ̈ܒܐ De punctis majoribus, tractat. Vocat autem Bar-Hebraeus hunc librum ܡܓܠܐ ܡܫܘܬܦܘܬܐ propterea quod multa hic communia sunt cum tribus qui antecedunt libris. Sic enim in praefatione ܒܡܐܡܪܐ ܗܢܐ ܪܒܝܥܝܐ. ܠܡܘܬܒܐ ܚܘܝܢܐ. ܐܝܟ ܕܒܫܢܝܐ ܐܬ̈ܘܬܐ ܡܫܘܬܦܝܬܐ. ܘܪܘܟܟܐ ܘܩܘܫܝܐ. ܘܢܘ̈ܩܙܐ ܡܫܡ̈ܗܬܐ. ܘܫܡܐ ܕܕܥܒܕܐ ܗܠܝܢ ܕܬܠܬ ܡܢܗܘܢ ܐܘ ܬܪ̈ܬܝܢ. ܡܫܘܬܦܬܐ ܒܗܘܢ ܡܢܗܝܢ: ܡܥܢܝܢ ܀

Exempla citat Bar-Hebraeus potissimum e sacris scripturis, quarum praeter Simplicem usus est Hexaplari, quam ut Septuagintaviralem citat, ܕܫܒܥ ܐܝܟ ܥܒܪܝܐ, fol. 96; ܕܝܘܢܝܐ ܐܝܟ ܥܒܪܝܐ, fol. 97; Psalmorumque versione, quam Graecam vocat, ܕܫܒܥ ܐܝܟ ܝܘܢܝܐ. Novi Testamenti praeter Simplicem usus est Hharklensi, ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܚܪܩܠܝܐ, quam etiam Graecam vocat, Simplicem autem Syriacam, in hunc modum ܦܘܠܘܣ ܐܝܟ ܢܘܣܚܐ. ܟܠ ܚܕ ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܝܠܗ ܦܠܝܪܘܦܘܪܝܬܐ ܢܗܘܐ. ܦܫܝܛܬܐ. ܟܠ ܐܢܫ ܒܡܕܥܐ ܕܢܦܫܗ ܢܫܪܪ. Semel etiam Aquilam et Symmachum, fol. 175, et vers. Karkaphensem, ܩܪ̈ܩܦܝܐ, fol. 105, commemorat. Praeter sacras scripturas quae potissimum obvia veniunt nomina sunt Basilius, Ephraimus, Gregorius Theologus: secundum locum tenent Antonius Rhetor, Dionysius, Jacobus Edessenus, Jacobus Sarugensis, Narses: quae semel vel bis citantur sunt Balaeus, Dioscorides, Isaacus, Proclus, Liber Ethnicorum ܟܬܒܐ ܕܚܢܦܐ, Liber Paradisi ܟܬܒܐ ܕܦܪܕܝܣܐ.

3. Poemata, fol. 212.

Tit. ܬܘܒ ܐܠܗܐ ܕܡܫܬܒܠ ܦܬܟܒܝܢ ܡܘܫܚܬܐ ܚܟܡܬܢܝܬܐ ܐܘܚܕܬ ܕܟܠ ܐܡܫܡܥܝܢ.

ܦܪܡܝܬ ܕܥܠ ܚܟܡܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܐܡܝܪ ܠܚܕ ܡܢ ܦܝܠܠܘܣܘܦܐ ܀ Ope Dei qui roborat scribimus carmina omnigena: et 1. de sapientia divina a philosopho quodam dictum.

Inter Bar-Hebraei carmina locum secundum tenet, cf. supra, p. 371.

2. Carmen ex ore Sapientiae quae non nisi cum amaritudine possideatur ܡܢ ܦܘܡ ܚܟܡܬܐ ܕܠܐ ܡܬܩܢܝܐ ܐܠܐ ܐܢ ܒܡܪܪܐ, fol. 214.

Ejusdem carminum septimum est, cf. supra, p. 371.

3. Quod hoc in mundo probi semper odio habentur, et pravi prosperis rebus utuntur, ܕܥܠ ܗܿܝ ܕܡܝܬܪ̈ܐ ܒܟܐܡܝܢܘ ܣܢܝܢ ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܘܒ̈ܝܫܐ ܒܨܒܝܢ, fol. 215.

Ejusdem carminum 314 est, cf. supra, p. 379.

4. Sequitur carmen de anima, cui nomen Avis, a patriarcha Mar Joanne Bar Maadani factum in metro S. Mar Jacobi, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܢܦܫܐ ܕܡܬܩܪܐ ܦܪܚܬܐ ܕܥܒܝܕ ܠܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܩܕ̄ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ, fol. 216. Vide supra, n. 50, p. 382.

5. Ejusdem de meliore perfectorum via, et de variis ejus mensuris motibusque, quo canit de gradu filiorum et mercenariorum et servorum: carmen delectum et pulchrum, cui simile nunquam visum est, ܕܝܠܗ ܗܘ. ܕܝܠܗ ܥܠ ܐܘܪܚܐ ܡܝܬܪܬܐ ܕܓܡܝܪ̈ܐ ܘܥܠ ܡܫܘܚ̈ܬܗ ܘܙܘ̈ܥܘܗܝ: ܟܕ ܡܢܝ ܠܕܪܓܐ ܕܒ̈ܢܝܐ ܘܕܐܓܝܪ̈ܐ ܘܕܥܒ̈ܕܐ: ܡܐܡܪܐ ܓܒܝܐ ܘܫܦܝܪܐ ܕܠܐ ܐܬܚܙܝ ܕܘܡܝܗ, fol. 218.

Ad calc. ܫܠܡ ܡܐܡܪܐ ܦܘܠܚܢܐ ܕܥܠ ܦܐܫ̈ܐ ܕܓܡܝܪܘܬܐ ܐܡܝܪ ܠܡܪܝ ܦܛܪܝܪܟܐ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡܥܕܢܝ ܀ ܕܐܡܝܪ ܕܫܦܝܪ ܀ ܘܥܡܗ ܟܬܒܐ ܕܓܪܡܛܝܩܝ ܘܟܬܒܐ ܕܙܠܝ̈ܓܐ. ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܚܢܢܝܐ ܘܡܪܝ ܐܘܓܝܢ ܕܡܬܩܪܐ ܕܝܪ ܐܠܙܥܦܪܢ ܟܘܪܣܝܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ ܝܥܩܘܒ̈ܝܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܐ ܘܬܡܢܝܢ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܒܝܪܚܐ ܒܪܝܟܐ ܬܫܪܝܢ ܩܕܝܡ ܒܐܝ̈ܕܝ ܐܠܝܠܐ ܚܛܝܐ ܘܠܐ ܙܕܝܩܐ ܝܘܚܢܢ ܕܡܢ ܐܬܪܐ ܕܓܪܓܪ ܕܗܘ ܒܥܘܕܪܢ ܡܪܢ ܫܪܝܐ ܒܥܘܡܪܐ ܕܡܪܝ ܙܟܝ ܕܒܝܬ ܛܘܪ̈ܐ ܕܐܬܪܐ ܕܓܪܓܪ ܘܠܘܬ ܕܒܪܘܢ ܡܕܝܪܐ. ܘܫܦܝܪ ܛܒ ܥܘܡܪܐ ܗܢܐ ܠܣܢܝ̈ܐ ܕܫܓܘܫܝܐ ܘܪ̈ܚܡܝ ܩܘܫܬܐ ܕܠܗ ܫܘ̄ܒ ܐܡܝܢ ܀ Explicit. sermo metricus de perfectionis modis a patriarcha Joanne Bar Maadani factus, qui quam pulcher sit jamdudum dictus est: atque una cum eo Liber Grammatices et Liber Splendorum. [Scriptus est codex] in coenobio Mar Ananiae et Mar Eugenii, quod etiam coenobium Zapharense nuncupatur, et cathedra est patriarchatus Syrorum Jacobitarum, A. Gr. 1884 mense benedicto Teshrin priore manibus humillimi neque peccato carentis Joannis e regione Gargar, qui auxilio Dñi nuper in coenobio Mar Zacchaei, quod inter montes regionis Gargarensis et cultos ejus agros situm est, domum habet; et valde convenit hoc coenobium illis qui tumultus oderunt, et primariam amant veritatem: ei sit laus, Amen.

In ultimo folio, manu firma pulcherrime scripti exstant Marc. vi. 22—37.

[Poc. 298.]

199.

Codex chartaceus laevigatus in octavo, ff. 205 constans, A. C. 1594, charactere simplici nitide exaratus. Insunt;

Severi episcopi, qui etiam Jacobus, dialogi metrici de re grammatica, de rhetorica, de poetica.

Tit. ܒܚܝܠܐ ܐܠܗܝܐ ܡܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܕܝܠܩܛܘ ܀ Ope divina scribere adgredimur librum cui nomini Dialogorum Liber.

In margine alia manu ܕܐܬܡܢܝ ܠܡܦܪܝ، ܡܐܘܪܝܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܥܘܡܪܐ a Mar Severo episcopo coenobii. Morem esse apud Jacobitas monachos ad dignitatem episcopalem sine ditione evehere satis notum est. Cujus autem coenobii eṗus fuit haud liquet. In fol. 65 de se ipso sic scribit;

ܩܪܝ ܕܠܐ ܕܘܘܕ ܘܡܨܠܝ ܥܠ ܬܠܝܒܐ ܠܝܥܩܘܒ
:ܕܗܘܐ
ܘܗܘ ܡܣܐܘܪܐ ܕܥܡ ܠܐ ܫܘܐ ܥܡ ܦܐ ܡܬܡܢܐ
∴ ܐܦܝܣܩܘܦܐ

Lege sine turbatione et preces obfer pro misero Jacobo, qui etiam Severus, et qui quamvis indignus inter episcopos numeratur.

Deest fol. 8: qui numeros foliis adposuit folium omisit inter 35, 36; it. inter 200, 201; necnon numerum 177.

1. Dialogus metricus in modum quaestionum et responsionum de grammatica, sine titulo, fol. 1.

2. Dialogus secundus de rhetorica ܕܥܠ ܕܬܪܬܐ ܕܪܗܝܛܘܪܝܩܘܬܐ, fol. 65.

In fol. 136 annus exscriptionis commemoratur, ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܫܥܡܐܐ ܘܚܡܫܐ ܕܝܘܢ̈: it. in fol. 182, et in colophone.

3. Dialogus tertius de poetica, quo insunt multa ex Aristotele, ܕܥܠ ܐܦܘܝܛܝܩܘܬܐ ܗ̇ܝ، ܟܐܘܦܘܣܝܛܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܦܝܠܘܣܘܦܐ, fol. 137.

4. Paradigma permutationis personarum secundum puncta vocalia, alphabetice, ܬܘܒ ܫܘܚܠܦ ܦܪ̈ܨܘܦܐ ܥܠ ܕܢܘܩܙ̈ܐ ∴ ܥܠ ܐܠܦ ∴ ܘܒܝܬ, fol. 182.

5. Paradigma conjugationis verbi biliteralis, cujus vocale est Ptocho, ܒܥܡ ܡܪ̈ܝ ܘܐܠܗ̈ܝ ܥܦܕ ܡܚܘܝܢܐ ܚܕܬ ܐܝܟ ܡܦܪ̈ܥܢܐ ܕܡܬܒܠܬܐ ܬܪܝܢܝܬ ܐܬܘ̈ܬܐ ܦܫܝܛܬ ܪܫܐ, fol. 186. Ad calc. alia brevia verbi paradigmata, fol. 192.

6. Brevia excerpta; de corpore Christi, fol. 193. De jurejurando a Mar Jacobo, fol. 194. De Christo Deo, carmen Mar Ephraimi, cujus prima litera est Olaph, neque postea in ea aliud Olaph inveniatur, ibid. Excerptum e Mar Jacobo, fol. 195.

Ad calc. ܠܐܝܩܪܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܘܠܥܘܫܢ̄ ܕܬܠܝܬܝܘܬ̄ ܩܕ̄ ܘܠܡܠܦܢܘܬܐ ܘܡܘܬܪܢܘܬܐ ܕܩܪ̈ܘܝܐ ܚܪ̈ܝܦܐ ܘܡܗܘܢ̈ܐ ܐܫܬܟܬܒ ܗܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܕܝܐܠܘܓܘ ܕܐܡܝܪ ܠܩܕܝܫܐ ܡܫܒܚܐ ܡܪܝ، ܣܐܘܝܪܐ ∴ ܒܐܝܕ̈ܝ، ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܠܐ ܫܘܐ ܗܘܐ ܕܢܬܐܡܪ ܠܡܘܕܥܘ ܫܡܗ ܐܠܐ ܒܝܕ ܡܛܠ ܨܠܘܬܐ ܡܩܒܠܬܐ ܕܩܪ̈ܘܝܐ ܘܐܚ̈ܐ ܦܪ̈ܘܫܐ ܣܗܕܐ ܕܗܘܐ ܡܣܟܢܐ ܒܪ ܡܣܟܢܐ ܐܘܪܫܠܡܝܐ ܕܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܓܪܓܪ ∴ ܒܫܢܬ ܐܛܗ̄ ܕܝܘܢ. ܕܡܫܝܚܝܐ ܨܕ ܘܟܠ ܢܚܪ ܥܠ ܠܐ ܬܐܪܘܬ ܦܬܓܡܐ ܕܚܣܝܪܐ ܡܢ ܡܢܝ ܐܡܝܢܐܝܬ. ܐܡܝܢ. ܘܐܡܝܢ. امين ✿ In honorem et decus et gloriam Trinitatis sanctae, et in studium et utilitatem lectorum acutorum et ingeniosorum exaratus est hic Liber Dialogorum a sancto et illustri Mar Severo scriptus, per manus viri indigni cujus nomen diserte commemoretur, sed propter preces acceptabiles lectorum et fratrum sagacium est Sohdeh miser, filius Hierosolymitani Joannis, ex urbe benedicta Gargar, A.Gr. 1905, C. 1594. Quicunque mihi propitius est neque propter verba minus correcte scripta me culpat, sit ei Dñs noster propitius, semper, immo, et Amen, Amen.

Quae decem sequuntur folia, ad hunc librum non pertinent, sed ex Eliae Bar-Sinaei Nomenclatore desumpta sunt.

[Marsh. 528.]

200.

Codex chartaceus in quarto, ff. 138 constans, saeculi forte decimi octavi, charactere Nestoriano, quali utuntur Syri Jacobitae in agro Malabarico, exscriptus. Inest;

Grammatica Syriaca in usum Syrorum Malabaricorum concinnata.

Titulo, auctoris et scribae nomine, necnon anni nota caret.

In initio ܐܣܟܡ ܐܬܘ̈ܬܐ ܗܢܕܘ̈ܝܬܐ Literarum Indicarum schema. Excipiunt conjugatio pronominis et verbi, caeteraque grammaticae rudimenta. Accepit G. H. Mill, S. Th. P. R. e Syris Jacobitis.

[Bod. Or. 628.]

201.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 72 constans, Latine et Syriace nitide scriptus. Inest;

Grammaticae Syriacae Compendium.

Tit. Grammatica Linguae Syrae domini nostri Jesu Christi vernaculae ex probatissimis Auctoribus, maxime Lud. de Dieu sum̄a fide expressa. Cui pro Coronide accessit Praxis Grammatica 2dae Epistolae d: Johannis juxta ejusdē Gram̄: regulas: opera et cura τοῦ δεῖνα אלמוני פלוני, UTOPIAE, Superiorū Reipublicae Platonicae permissu et privilegio: anno juxta computum nostrum 48,000.

Deest Coronis.

In fol. 3 Aprilis 1mo. 1656. Ad calc. Aprilis 14to. 1656. In libri initio Hanc Syram Gram̄aticam Bibliothecae Bodleianae D. D. Venbilis vir Rogerus Bourchier Coll. Wigorn. Socius Dignissims.

[Bod. Or. 363.]

202.

Grammatica Chaldaea et Syra Immanuelis Tremellii, theologiae doctoris et professoris in schola Heidelbergensi. Excudebat Henricus Stephanus (4°. Parisiis), 1569.

Accedunt notae manuscriptae viri doctissimi Andreae Kingesmill, Coll. C. C. socii, A. D. 1558, et mense Septembri ejusdem anni quo impressus est liber vita Lausonii apud Helvetios defuncti.

Bibliothecae Bodleianae dedit vir eximius Th. Tanner, ēpus Asaph.

[Bod. Or. 536.]

203.

Codex chartaceus in folio, ff. 268 constans, madore inquinatus, saeculi decimi septimi, charactere Mendaeo scriptus. Inest;

Codex Nasaraeus, qui vocatur Liber Adami.

Tit., et fol. 1 desunt. Fol. 2 cum his verbis incipit; ܐܪܡ ܥܠ ܟܘܠܗܘܢ ܥܠܡܝܐ ܕܢܗܘܪܐ ܟܘܡܪܐ ܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܘܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܐܪܐ ܪܒܐ ܕܟܘܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܗܘܐ ܕܠܐܡܫܚܬܢܐ ܘܚܘܪܐ ܕܠܐܪܐܒ ܫܘܦܪܐ ܘܙܝܘܐ ܘܡܣܘܪܐ ܕܠܐܡܫܬܐܥܠܝܐ ܐܫܢܐ ܕܥܠ ܣܢܐ ܗܘܐ ܕܥܠܐܘܡܐ ܗܘܐ ܘܥܙܪ ✣ Matres lectiones plene expressi, pro quibus si vocales scribas, et cum textu quem edidit Norberg conferas, (Codex Nasar. T. i. p. 6. l. 1,) multas varias lectiones invenies. E codice Parisiensi cccix, nostro quidem longe antiquiore, suum opus descripsit Norberg, sed errorem sui codicis ܘܡܪܐ pro ܡܫܪܐ legentis codex noster corrigit, neque dubitandum quin in primis nostri verbis multo melior sensus sit, sc. alta super omnes lucidos mundos habitatio Dei, qui super omnes est, rex regum, et magnus omnium regum Dn̄s: quae autem sequuntur correctoris manu egent.

Plura videas ap. Norberg. in libro citato; it. ap. *Museum für biblische und orientalische Litteratur*, angelegt von Arnoldi, Lorsbach, u. Hartmann in *Proben von der Gnomologie oder einem Denkspruch- und Sitten-*

büchlein der Johannisjünger aus dem Codex Huntingdon vi: it. ap. *Jahrbuch für Biblischen wissenchaft* von H. Ewald, für 1853, in *Das christliche Adambuch des Morgenlandes aus dem Aethiopischen übersetzt von A. Dillmann.* [HUNT. 6.]

204.

Codex chartaceus in folio minori e fol. 118 constans, saeculi decimi septimi, charactere Mendaeo scriptus. Inest;

Codicis Nasaraei pars prima.

Nullus est titulus, sed cum his verbis incipit; ܒܫܘܡܐܝܗܘܢ ܕܗܝܝܐ ܪܒܝܐ ܢܘܟܪܐܝܐ ܡܢ ܥܠܡܐ ܕܢܗܘܪܐ ܐܬܪܝܐ ܕܥܠܐܘܝܐ ܥܠ ܟܘܠܗܘܢ ܥܒܕܐܝܐ ܀ In nomine vitae summae, quae e mundo lucis novissime venit, excellentissimae, quae super omnia opera. Cf. Norberg. Lib. Adami i. p. 2. [HUNT. 71.]

205.

Codex chartaceus in duodecimo, ff. 115 constans, saeculi forte decimi septimi, charactere Mendaeo scriptus. Insunt;

Excerpta de doctrina Mendaeorum.

Tit., et initium desunt. Libri exemplo sit fol. 2; ܒܫܘܡܐܝܗܘܢ ܕܗܝܝܐ ܪܒܝܐ ܒܝܐܢܐ ܕܐܢܫܐܝܢܐ ܡܐܠܦܐܢܐ ܘܡܐܢܐ ܕܐܒܐ ܒܐܬܘܬܐ ܡܥܠܝܐ ܡܐܢܫܐܢܐܝ، ܫܒܥ ܘܕܐܪܒܥܐܢܐܝ، ܫܬܝܠ ܘܐܢܫܝܐ ܚܘܝܐܢܐ ܐܢܘܫ ܐܡܐ ܡܐܣܒܐܬܐܝ، ܫܠܡܐܝ، ܘܢܕܒ ܀ [MARSH. 691.]

܀ ܫܠܡ ܀

܀ ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܀

܀ ܡܢ ܥܠܡ ܘܥܕܡܐ ܠܥܠܡܥܠܡܝܢ ܀

܀ ܐܡܝܢ ܀

INDEX

SCRIPTORUM, EORUMQUE OPERUM QUAE IN HOC CATALOGO INSUNT.

* Inter carmina in cc. 69, 507, quaedam exstant, quae plerumque Ebed-Jesu Sobensi et Jacobo Sarugensi adscripta sunt.

* Vix dubito quin Gregorii Bar-Hebraei sunt.


∴ ܫܠܡܗ ܕܘܡܣܐ ∴

INDEX


RERUM ET PERSONARUM MEMORATU DIGNARUM.

⁘ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ⁘


Cod. Dawk. 3. fol. 96.




Cod. Hunt. 587. fol. 175




Cod. Dawk. 27. fol. 20.




Cod. Dawk. 32. fol. 93.



Cod. Bodl. Or. 625. fol. 8.



Cod. Hunt. 71. pag. 44.



ܒܥܡܡܐ ܕܡܫܠܡܢܘܗ ܕܟܪܐ ܚܕܐ ܡܥܡܕܐ
ܘܐܘܪܚܐ ܡܫܠ ܕܒܪܗ. ܕܐܬܬܠܡܕܘ ܗܘܐ ܠܫܠܝ̈ܚܘܗܝ
ܘܩܘܡܐ ܕܒܥܡܘܕܐ ܡܥܡܕ ܠܗܘܢ. ܗܢܘ
ܕܢܬܚܒܫܘܢ ܒܫܒܝܠܐ. ܕܡܫܝܚܝܘܬܐ ܢܥܒܕܘܢ
ܡܫܒܚܐ ܠܗܘܢ: ܡܛܠ ܕܗܘ ܠܟܠܗܘܢ ܕܢܬܠܐ.
ܒܪܘܚܐ ܕܡܟܘܢ ܒܥܡܕܝ ܫܠܝܚܐ ܗܘܐ
ܒܥܡܕܝܐ ܕܪܒܐ ܒܥܡܐ ܕܡܥܡܕܢܘܬܐ. ܘ
ܕܢܩܕܐ ܡܥܡܕܢܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘܘ ܒܗ
ܕܢܚܝܢ ܐܝܟ. ܟܠܗ ܒܗ ܕܩܘܡܐ ܐܝܟ ܢܫܒܥ
ܗܠܝܢ ܒܗ ܢܦܫܗ ܘܩܢܐ ܥܠܡܗ ܘܢܚܬ
ܡܥܒܕ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ ܕܫܠܝܚܐ ܠܐ ܢܫܬܩܘܢ
ܠܗܘܢ ܐܘܟܝܬ ܬܠܡܝܕܘܬܐ. ܡܥܡܕ ܐܢܬ ܘܐܬܟܠ
ܗܘܐ ܠܩܕܡܐ ܕܠܟܠ ܡܛܠ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ ܠܐ
ܕܢܦܩ ܡܢ ܚܕ ܡܕܒܪܢܘܬܐ. ܕܠܟܠ ܡܢܗ
ܠܩܕܡܐ ܡܬܢܝܚܐ ܡܬܬܟܠܐ ܗܘܐ. ܀
ܒܬܠܡܝܕܘ ܐܦ ܠܐ ܗܘܐ ܒܐܬܪܗ ܚܕ ܫܠܡܐ ܗܘܐ.
ܘܐܚܕܐ ܕܝܗܒ ܠܗ ܡܫܝܚܐ ܕܢܣܒ
ܚܝܘܗܝ ܫܠܝܚܐ. ܘܥܡܗ ܡܢܗ ܫܠܝܚܐ
ܗܘ ܕܝܢ ܢܬܒܗܘܢ. ܠܐܢܫ ܕܠܐ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܠܒܢ̈ܝܐ
ܠܒܪܢܫܘܬܗ ܀ ܫܠܝܚܐ ܗܘ ܕܢܦܩ ܡܢ ܒܝܬ
ܕܩܕܡ ܗܘܐ ܕܐܬܬܚܝܒ. ܗܘ ܢܦܩ ܫܕܪ
ܡܢܗ ܫܠܝܚܐ ܦܪܨ ܠܗ ܠܡܥܡܕܢܘܬܐ ܀
ܡܕܒܪܢܐ ܕܟܠܗ ܕܒܐܬܪܐ ܡܚܕܐ ܥܠܐ.
ܗܘܐ ܕܡܪܢܐ ܐܝܟ ܪܒܘܬܐ ܒܚܝܐ ܫܠܝܚܐ
ܠܩܕܡܐ ܥܡܕܐ ܡܥܡܕ ܕܒܝܬܐ ܒܢܡܘܣܐ
ܡܬܡܨܝܐ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ ܒܗ ܢܦܫܗ
ܕܐܘܕܝ ܒܩܘܕܫܐ ܘܐܬܐ ܠܒܝܬܐ ܐܝܟܢܐ
ܕܢܚܘܐ. ܡܢ ܩܕܡ ܗܘܐ ܠܥܡܡܐ
ܒܪܘܚܗ. ܟܠܐ ܕܩܘܡܐ ܕܢܒ ܘܐܬܚܒܠ.
ܠܗ ܥܠܝܡܘܗܝ ܦܪܘܫܐ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ
ܐܝܟ ܠܡܥܡܕܢܐ. ܡܥܡܕ ܘܐܬܚܫܒ ܒ
ܘܐܢܫ ܠܥܡܐ. ܡܥܡܕ ܘܐܬܚܫܒ ܡܦܩܢܐ
ܒܚܘܒܐ. ܡܫܠܡܐ ܘܐܬܚܫܒ ܦܢܘܗܝ ܠܟܠ
ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ ܀



Delin. G. D. Ham. [illegible]

SMITH, Robert Payne
Catalogi codicum manu-
scriptorum ...